

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon  
pharmaceutico-chymicvm**

**Spina, David de**

**Francofurti ad Moenum, 1700**

[Pulvis]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

## PULVERES ALTERANTES.

Pulvis contra Abortum P. A. R.

- ℞. *Gran. Chermes* ʒj. *Sandali rubri* ʒß. *Caryophyll.* ʒj. *Nucis moschata* ʒij. *Radic. Torment.* ʒß. *Margarit.* præp. *Coralli utriusque* præp. an. ʒj. *sol. auri* num. iij. *Sacchari perlati* ʒiij. *Fiat pulvis.*

Datur gravidis ad præcavendum abortum ex ovo for-  
bili, vel vino odorifero, idque non una tantum vice,  
sed sæpius, pondere scrupuli dimidii, vel etiam  
unius; aut admiscetur Trageis, prægnantibus usui  
futuris. *Vid. corp. ph. p. 197. b.*

Pulvis contra abottum *Zuvelff.*

- ℞. *Gran. Kermes legitim.* ʒß. *Margarit. orient.* ʒij. *Co-  
rall. rubr. præp. Lapid. Corneoli præp. an.* ʒiij. *Ligni  
Aloes gummi.* ʒß. *Nucis moschata* ʒvj. *Santali rubri,  
Radic. Tormentill. an.* ʒiij. *Ireos florent. Cyperi rotun-  
di, Succini albi præp. an.* ʒij. *Essentia Citri Sacchari-  
na, Arantior. sacchar. ana ex recentibus cortic. par.  
unc. unam, Ol. Nuc. Moschat. express.* ʒj. *Fiat  
omnium pulvis.*

Datur gravidis sæpius, ubi abortus timetur, in juscule  
horismatutinis, & vespertinis à ʒß. ad ʒj. *Vid. corp.  
ph. p. 198. b.*

Pulvis Absorbens *Ettmülleri.*

- ℞. *Corall. rub. pp. limat. chalyb. ana* ʒß. *lap. cancr. carp.  
ana* ʒj. cc. *ust. ʒß. croc. gr. viij. M. F. Pulvis.*

Pulvis Alexipharmacus P. A. R.

- ℞. *Terra sigillata Siles. Cornu Cervini philosoph. calcinati,  
Rad. Angelic. an.* ʒj. *Zedoaria* ʒj. *Cort. Citri extimo-  
rum, Myrrha electa an.* ʒij. *Misc. fiat pulvis.*

Vires hujus pulveris nomen monstrat, cujus usum in-  
primis tenuioris fortis hominibus dicavimus. *Vid.  
corp. ph. p. 198. b.*

Pul-

Pulvis Alexipharmacus *primus* Zvvelff.

℞. Rad. Contrajerva ℥vj. Zedoaria ℥j. Doronici veri ℥vj.  
Sem. Citri excort. Ruta aquilegia an. ℥ij. Cortic. Aran-  
tiorum, Citri, ana extim. & recenter siccat. ana ℥℔.  
Myrrha translucida, Succin. albi, an. ℥iij. Croci au-  
striaci ℥ij. Maceris ℥i℔. Fiat omnium pulvis sub-  
tilis, qui adversus pestiferæ Luis insultus efficax est,  
& contagiosis quibuslibet morbis adversatur. Dosis  
℥℔. ad ℥j. Vid. corp. ph. p. 199. b.

Pulvis Alexipharmacus *secundus* Zvvelff.

℞. Sulphuris crudi sed puri ℥j. Nitri cum succo Scordii soluti,  
& denuo crystallisati ℥i℔. Terra sigillata vel Boli Arme-  
na n. m. parata ℥i℔. Myrrha rubra translucida, Suc-  
cini albi prep. an. ℥℔. Croci Austriaci ℥ij. Nuc. Mo-  
schata. ℥℔. Misceantur; fiatque pulvis omnium sub-  
tilis; In febribus malignis & peste ipsa validus à  
℥℔. ad ℥j. pro sudore eliciendo. Vid. corp. ph. p.  
199. b.

Pulvis Alexipharmacus *tertius, communis*  
Zvvelfferi.

℞. Rad. Angelica, Imperatoria, Contrajerva, Zedoaria,  
an. ℥℔. Sem. Citri excort. Aquilegia, an. ℥ij. Myrrha  
rubra ℥iij. Terra sigillata n. m. parata, Nitri cum suc-  
co Scordii soluti ac denuo crystallizati ana ℥℔. Croci  
opr. ℥i℔. Nucis Moschata ℥ij. Fiat ex his omnibus  
pulvis subtilis, cui imprimatur succus oleagino-  
sus, Corticium trium pomorum Limoniorum: ser-  
vetur usui.

Non minoribus cæteris hic pulvis pollet virtutibus  
Alexipharmacis. Febribus enim malignis, pestiferis  
& contagiosis resistit, earumque insultus reprimit.  
Vid. corp. ph. p. 199. b.

**Pulvis Alexiterius specificus Ang. Sala ex Schr.**  
 ℞. Pulv. viperini ℥ii. Extr. Bezoard. pret. Magist. Margar. an. ℥ß. Ot. Sem. Angel. destill. ℥ß. Cinamomi gtt. vj. M. in mortario vitreo. Dosis ℥j. ad ℥ß. cum vehic. appropriatis singulis quadris Cæ iis, qui cum veneno infecti sunt danda est ℥j. Vid. corp. ph. p. 199. b.

**Pulvis Alexiterius Th. Hoffm.**

℞. Ling. viperin. no. ix. cord. earundem no. ix. annulor. ex spina nonum quemque in ordine incipiendo à primo qui est ad caput exsiccata redig. in pulverem adde lap. bez. or. ad pondus omnium F.P. Vid. corp. ph. p. 200. b.

**Pulvis Diambrae Mesuae P. A. R.**

℞. Cinam. Doronici caryoph. macis nuc. m. folii galang. ana ℥iij. spic. Ind. cardam. major. minor. ana ℥j. zingib. ℥ß. ligni aloes santal. citr. pip. long. ana ℥ij. ambra ℥i. mosch. ℥ß. F. P. Vid. corp. ph. p. 229. b.

**Pulvis Anonymus P. A. R.**

℞. Sem. pap. alb. ℥ii. portul. cydon. malv. bomb. ana ℥iß. 4. frig. maj. excort. ana ℥j. gum. arab. trag. amyli ana ℥ii. hypocist. bol. arm. or. pp. CC. nsti rasur. ebor. cicer. rubror. ana ℥ß. cinam. ℥ij. sacch. penid. ℥iß. sacch. canar. ℥vj. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 247. b.

**Pulvis Aperitivus Spleneticus Th. Hoffm.**

℞. Cryst. tart. tart. vitr. ana ℥ß. solut. cor. rub. lap. cancr. ana ℥ß. facul. aron. bryon. ana ℥i. ant. diaph. ℥ii. myrrh. rub. Si. ol. lign. rhod. gutt. v. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 240. b.

**Pulvis contra Abortum Brandenb.**

℞. Granor. Kermes ℥i. rad. torment. rasur. ebor. sant. rub. ana ℥ß. cor. alb. rub. pp. caryoph. sol. ros. r. marg. pp. mast. ana. ℥i. nuc. m. Di. man. chr. perl. ℥iij. F. Pulvis.  
 Pulvis

Pulvis Aperitivus Polychrestus *D. Dolci.*

- ℞. *Limatur.* & puriss. subtiliss. præp. ℥ss. *Arcan. duplic.*  
 ℥iij. *Regul.* ḡ med. ℥ij. *Costi Arab.* Diß. M. In Febri-  
 bus addatur ḡ dulcis, item *China de China.*

Pulvis Asthmaticus *Zuvelfferi.*

- ℞. *Rad. aron. cum vino exsic.* & n. m. pp. ℥iß. *crem. tart.*  
 ℥iß. *essent. aurant. sacch. ex rec. cortic. parat.* ʒvj. F. P.

Pulvis Bezoardicus *Th. Hoffm.*

- ℞. CC. sine igne pp. ℥iß. *lap. cancr. pp. terr. sig. succin. alb.*  
 pp. *marg. or. pp. cor. rub. pp. ana* ʒi. *off. de corde C.*  
*smaragd. or. pp. hyac. pp. sapphir. pp. ana* ʒiß. *lap. bez.*  
*or. ʒi. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 200. b.*

Pulvis Bezoardicus *Timai.*

- ℞. *Rad. scord. veri* ʒvj. *dict. scorzon. contray. ana* ℥iß. *zedo-*  
*doar. ʒij. sem. citri, cardb. acetos. ana* ʒiß. cc. *phil. ʒiß.*  
*off. de corde c. ʒiß. mag. lap. cancr. ʒij. succin. alb. ʒiß.*  
*lap. bez. gr. iv. M. F. Pulvis.*

Pulvis Bezoardicus *Dolci.*

- ℞. *Pulv. montagn. mantuan. ana* ʒij. *spec. liberant. de hyac.*  
*ana* ʒj. *rad. viperin. virgin. camph. ana* ʒiß. *flor. sulph.*  
*ʒiß. ant. diaph. ʒi. M. F. Pulvis.*

Pulvis Bezoardicus *Mindereri.*

- ℞. *Summit. CC. ust. pp. bol. arm. or. pp. terr. sig. ana* ʒj.  
*marg. pp. lign. al. cort. citri sem. citri acetos. ana* ʒiß.  
*basil. ʒj. rad. angel. zedoar. doron. scorzon. torment.*  
*dict. alb. cor. rub. pp. ana* ʒij. *sant. citr. ʒij. ros. rub.*  
*ʒi. cinam. gr. xv. macis serici crudi tost. lap. s. pret. ana*  
*ʒi. croc. or. succin. alb. pp. mosch. ana gr. v. ambra* ʒiß.  
*fol. auri no. vj. argent. no. ij. M. F. Pulvis.*

pulvis Cachecticus *le Morr.*

- ℞. *Limat. chalyb. pp. ʒj. cor. rub. pp. sac. rad. bryon. ana*  
*ʒii. corn. c. limat. succin. pp. cinam. macis ana* ʒiv.  
*sacch. ʒiii. F. P.* A a a 4 Pul-

Pulvis Cachecticus *Th. Hoffm.*

℞. *Croc. mart. cum spir. vitr. parat.* ℥ij. *sant. rub.* ℥j. *rhab.* opt. ℥iſ. *M. F. Pulvis.* *Vid. corp. ph. p. 223. b.*

Pulvis Alexipharmacus sudorif. *le Mort.*

℞. *Fol. cardb.* ℥iij. *rad. angel. imperat. valer. ana* ℥ſ. *contray.* ℥v. *lap. cancr. pp. conch. pp. ana* ℥ij. *camph.* ℥ij. *croc. Div. op. rite pp.* ℥ſ. *M. F. Pulvis;* *dosis à* ℥ſ. *ad* ij.

Pulvis Bezoardicus *sine pretiosis F. F. ex*  
*Schrædero.*

℞. *Bol. Armen. ver. cum aqu. Scabios. præparat. Terr. sigillat. Silesia, Rad. Diptamn. alb. Tormentill. an.* ℥vj. *Angelic. Gentian. Petasit. Zedour. C. C. ust. præp. Off. de c. c. Rasur. Ebor. Cort. Citr. Corall. rub. præp. an.* ℥ſ. *Misce, fiat pulvis subtilissimus. Dosis ad* ℥j. *Vid. corp. ph. p. 200. b.*

Pulvis Bezoardicus *cum pretiosis ex*  
*Schrædero.*

℞. *Pulv. modo præscripti* ℥j. *Margar. præp. gr. xvi. Hyacinth. præp. rubin. præp. Granat. præp. L. Bezoar. Or. an. gr. viij. Fol. Argent. aur. an. n. 1. F. Pulvis subtilissimus, qui Cordialis ac Diaphoreticus insignis est, ususque præcipui in morbis malignis. Dosis à* ℥j. *ad* iſ. *Vid. corp. ph. p. 200. b.*

Pulvis Bezoardicus Cervinus *Zwelfferi.*

℞. *Cornu sive pulveris prædicti ex typhis Cervinis parati v. gr. ℥j.* *cui adde Salis viperini vel Theriacalis, juxta modum secundum vel tertium in fine animadversionum super appendicem de salibus Theriacalibus edoctum* ℥ſ. *Ol. stillat. Cort. citri recent. Ruta ana* ℥iij. *Misce, fiat pulvis Bezoardicus præstantissimus, cujus dosis à* ℥j. *ad* ℥ſ. *& ℥j. in vehic. convenienti. Vid. corp. ph. p. 201. b.*

Pul-

## Pulvis Bezoardicus Cervinus alius

Zvvelff.

℞. *Viperarum recentium vel serpentum Germanicorum* in locis sanis degentium no. x. vel xv. qui abscis-  
fis capite & caudâ, detractisque exuviis & intesti-  
nis exemtis una cum *hepatibus & cordibus*, dum vita  
integra & motu adhuc gaudeant, *immersi in deco-*  
*ctum Scordii & Ruta*, additoque *Salis Scordii & Ruta*  
an. ℥ij. Coquantur, donec mollescant, & quasi in  
gelatinam convertantur, coletur in decoctum  
cum forti expressione, cui adde *Pulveris ex typhis*  
*Cervinis* ℥j. & in cucurbita vitrea junctim destil-  
lando ad omnimodam siccitatem iterum abstra-  
hatur, tum in pulverem subtilem prius redactis ad-  
misce *Ol. stillat. Cort. Citri recent. Ruta* an. ℥ij. Et si  
lubet *Elaosacchari Cinam.* ℥iij. Misce, fiat Bezoar-  
dicum & Alexipharmacum præstantissimum; Dosis  
à ℥j. ad ℥j. in omnibus morbis malignis. *Vid. corp.*  
*ph. p. 201. b.*

## Pulvis Bezoardicus Cervinustertius

Zvvelff.

℞. *Herb. recent. Scordii nostrat. Ruta hortens. ana*  
*℥iiij. Rad. Angel. Scorzonera, Zedoaria* an. ℥iij.  
Fiat affus. aquæ pluvialis s. q. repetitis vicibus  
decoctio ad totalem virtutum specierum extra-  
ctionem. Decoctum clarificatum & ad ℥j. circi-  
ter per cocturam inspissatum affundatur ℥j. pul-  
veris *Cervini ex typhis parati*, nec non ℥j. *Crocii*  
*Austriaci pulverisati*, & ℥j. cum dimidia pulveris  
*Myrrha electa.* Quæ junctim cucurbitæ vitreæ im-  
missa, in MB. totaliter exsiccentur, quoad com-  
modè iterum in pulverem redigi queant, cui, si  
lubet, adde *ol. destillat. vel Ruta vel Citri* ℥℞. F.

A a a 5

Ale

Alexipharmacum nobile. Dosis à ℥℥. ad ℥j. Vid.  
corp.ph.p.202.b.

Pulvis Bezoardicus Cervinus aureus alius  
Zwelff.

℞. Pulveris Cervini simpl. ex typhis parati supraque edo-  
cti ℥iij. Croci solis nostro modo parati, ℥iij℥. plus  
minusve; Essentia Citri sicca nostro modo parata ℥℥.  
Misce, fiat pulvis delicatissimus in vitro custodien-  
dus, cujus dosis est ℥℥. ad ℥j.

Nota: Posset, si cui voluntas esset, Crocus Solis typhis  
nondum exsiccatiss addi, & unà cum ipsis exsiccati; vel  
etiam hisce duobus pulveribus commixtis nec non cu-  
curbitæ vitreæ immixtis affundi Spir. Urina & Spir. V.  
℥℥. & ab iisdem cohobando tertiâ vice abstrahi, quo  
magis urinentur, tandemque exsiccatiss & de novo per  
cribrum trajectis pulveribus addi essentia Citri. Vid.  
corp.ph.p.203.b.

Pulvis Bezoardicus Imperialis menseschi.

℞. Cornu Alci & Cervi spagyricè calcinatorum an. ℥iij.  
Boli rub. or. præp. Bezoard. Jovial. an. ℥ij. Lap. Be-  
zoard. Or. Terra sigillat. an. ℥℥. Flor. Quis comp. Uni-  
cornu animal. an. ℥j. Mag. Perlar. Or. Corallor. rub.  
an. ℥℥. Cinnab. nativ. præp. Oss. de Corde Cervi, Succu-  
ni alb. præp. an. ℥j. Miscantur, & fiat omnium pul-  
vis subtilissimus.

In omnibus morbis peracutis, febribus ardentibus, ma-  
lignis & Epidemiis &c. Diaphoreticum insigne est.  
Vid. corp.ph.p.203.b.

Pulvis Carminativus Timai.

℞. Ol. carvi anis. sæn. an. gutt. xj. cort. aur. citri an.  
gutt. ix. cinam. gutt. vij. caryoph. nuc. m. an. gutt. v.  
jacch. cand. alb. ℥vj. M. F. Pulvis.

Pulv



Pulvis Cephalicus *Dolai.*

℞ Rad. pæon. visc. coryl. an. ℥℥. cran. hum. pp. succin. alb. pp. an. ℥j. cinab. nativ. castor. an. ℥℥. laud. op. gr. iij. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *Ettm.*

℞ Cran. hum. per vap. calc. ℥j. cinab. ant. ℥ij. sal. vol. succin. rectific. ℥j. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *Timai.*

℞ Magist. succin. ℥j. lune ℥iij. margarit. corall. corn. alc. an. ℥ij. ambr. gryf. ℥℥. M. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *P. A. V.*

℞ Cinnab. nativ. pp. ℥iij. rad. pæon. ℥℥. smaragd. pp. ℥ij. ung. alc. pp. ℥j. cran. hum. pp. cor. rub. pp. cc. spagyric. pp. an. ℥ij. unicorn. marin. marg. pp. succin. pp. an. ℥j. M. F. Pulvis, Vid. corp. ph. p. 212. b.

Pulvis Cephalicus *P. A. R.*

℞ Cinnabaris nativa electa & preparata ℥iij. Radic. Pæoniae ℥℥. Smaragdi præp. ℥ij. Ungula Alcis præp. ℥j. Cranii humani præp. Corallior. rubr. præp. Cornu Cervi spagyricæ præp. an. ℥ij. Unicornu marini, Margarit. præp. Succini præp. an. ℥j. Misc. fiat pulvis.

Magnam famam ob egregias virtutes Cephalicas cum passim meruerit specificum Cephalicum celeberrimi olim Lipsiensium Chymiatri Dn. D. Joh. Michaëlis, nostra etiam in civitate quondam in usum duci cepit. Quia verò Magisteria gemmarum &c. illud Medicamentum magna ex parte constituentia, jam dudum apud nos usurpari desierunt, eorumque locum efficacius pulveres eorum subtilissimè lavigati occupent, compositionem hanc, omittis etiam reliquis pretiosis lapidibus, aucto contra ea

Sma<sub>3</sub>

Smaragdi pondere, & paucis mutatis aliis, aliquot ab hinc annis adornare libuit; quam etiam felici cum successu hactenus non infrequenter adhibuimus.

**Pulvis Cephalicus seu Ant - Apoplecticus**  
Zvvelff.

℞. Rad. Doronici veri recent. coll. & siccata. ℥j. Costi dulcis, Ligni Aloës ponder. Cardamom. min. an. ℥iij. Cubebarum, Coriandri, Anisi. an. ℥ij. Nucis Moschata, Succini albi an. ℥ß. Caryophyll. ℥ß. prius cum Semin. Citri excort. ℥j. subactæ. Ol. Stillat. Cinam. ℥j. Fiat ex omnibus pulvis.

Mira ejus in affectibus Cerebri & capitis efficacia. Intemperiem enim ejus humidam corrigit, ideoque Apoplecticis, Epilepticis & vertiginosis est emolumentum. Detur à ℥j. ad ℥ß. & ℥ij. Vid. corp. ph. p. 212. 82. b.

**Pulvis Cephalicus alius pretiosus, contra Vertiginem.** Zvvelff.

℞. Ambra grysea opt. ℥j. Subigatur opt. cum sem. pæonia excort. ℥j. Citri excort. ℥ß. Moschi optimi orient. ℥j. cum Spirit. rosar. particula ad pultis formam, contundendo in mortario, redacti; His adde Pulv. Ligni Aloës ponderosi, Radic. Doronici veri ℥j. Cardamom. min. Nuc. Moschat. an. ℥ß. Essent. rosar. saccharina n. ℥iij. Cui instillentur prius Ol. stillatit. Cinamom. ℥ß. Caryophyllor. ℥ß. Majorana, Ligni Rhodii an. ℥j. Fiat pulvis præstantissimus, imò Regius, qui salutaris est ad omnes frigidas Cerebri affectiones, vertiginem præcipuè, Apoplexiam & Epilepsiam juvenis; Dosis à ℥j. ad ℥ß.

Pulvis

**Pulvis Cantianus sive Anglicus Comitissa de**  
Cent. ex Pharm. Batean.

℞. Apic. nigr. chelar. canceror. Junio capt. in polli-  
nem redact. Rad. Contrajerv. an. ℥ij. Margarit.  
corall. rubr. alb. Ocul. cancr. cum succo limonum  
supra marmor. lævigar. & siccator. an. ℥j. Succini  
albi & crystallini cum Aq. rosar. subtiliss. trit. & sic-  
cat. an. ℥j. C.C. ad summam albed. calcinati, &  
cum succo citri spiritu Oli acuatō, lævigati & sic-  
cati ℥j. Bezoar. Occid. Terra Lemn. an. ℥ss. Ceras-  
sa ℥ fix. ℥ij. Ambra gryf. ℥iβ. Moschi ℥ss. Milce-  
antur omnia exactissimè & cum Gelatina è spoliis vi-  
perarum & C.C. in ∇ a cardui factæ, & Croco le-  
viter tinctæ, s. q. fiant Globuli diversæ magnitud.  
caute siccandi. Et si prædictis addatur Coccinel-  
læ è Mexico ℥ss. dicitur pulvis Cantianus ruber.  
Vid. corp. ph. p. 203. b.

**Pulvis Bezoardicus Solaris & Cordialis**  
Zwelff.

℞. Croci nostri Solis in Mantissa edocti ℥ij. Bezoard.  
min. n. m. legitimè & recenter parati ℥j. His  
mixtis & leniter invicem sub tegula (vulgò Mus-  
fel) per horam unam calcinatis & spatula conti-  
nuò commotis, adde, cum refrixerint, Ol. stil-  
lat. Cinamom. ℥ss. Levigentur denuo hora una  
super porphyrite lapide, tandem superadde Bols  
Armene n. m. parat. ℥vj. Croci opt. Austriaci ℥iβ.  
Quibus omnibus probè mixtis imprimatur suc-  
cus oleaginosus Corticum trium vel quatuor Limo-  
norum pomorum, & leniter tandem siccata ser-  
ventur pro usu, in vitro probè clauso, tanquã  
saluberrimum Alexipharmacum & Cordiale Me-  
di-

dicamentum, cujus dosis ℥j. ad ℥℞. pro sudore ell<sup>a</sup>  
ciendo. Vid. corp. ph. p. 204. b.

*Pulvis Bezoardicus Nicolai Præpositi*

*P. A. V.*

℞. *Boli Armen. cum Aceto preparat. ℥iij. Terra sigilla-  
te, Coriandri præp. Specierum Diamarg. frig. Rad. Tor-  
mentilla, Dictamni vulgaris, Angelica, Scabiosa an. ℥ij.  
Sem. Acetosa, Citri mundati, Ruta, Cardui bened. Cornu  
Cervi ussi, Doronici, Charabe, an. ℥i v. Rosar. rubr. Co-  
rallii utriusque, Ligni Aloes, Serici crudi, Sandal. omni-  
um, Margarit. Ossis è corde Cervi ana ℥j. Smaragd.  
Ambra an. ℥ij. Moschi ℥i v. Croci gr. xv. Camphora  
gr. x. Fiat pulvis vel cum Syrupo è Ribibus fiat in  
modum Opiatæ. Adversus pestiferæ Luis insultus  
efficax, cordis vires eximiè tuetur, spiritus vitales  
fulcit, internas putredines abolet, & contagiosis  
quibuslibet morbis adversatur. Vid. corp. ph. p.  
204. b.*

*Pulvis Cachecticus Quercetani*

*P. A. R.*

℞. *Limatura Chalybis cum Sulphure calcinata ℥j. Fæcu-  
le radicum Ari, Ambra grysea an. ℥i℞. Coralliorum,  
Margaritarum, an. præp. ℥ij. Cornu Cervi Philosophi-  
cè præp. Succini præp. an. ℥i v. Sacchari ad pondus omni-  
um. Fiat pulvis.*

Incuranda omnis generis cachexia, & depravato-  
rum humorum colluvie educenda, præsentaneum  
est remedium, Leucophlegmatiam & morbum vir-  
gineum feliciter curat, pallorem vitiosumque colorem  
tollit, massam sanguineam utriusque sexus purificat, &  
à variis corruptionibus tutam præstat. Vid. corp. ph.  
p. 222. b.

Pulvis

## Pulvis Cachecticus Zuvelff.

℞. Vitrioli Martis seu Chalybis dextrè parati cum Sulfur. & nonnihil supra fornacem ad albedinem calcinati ℥i℔. Magist. nostr. solubil. Corallior. rubr. Matris Perlarum, Oculorum Cancror. an. ℥℔. Cremoris Tartari ℥i℔. Eleosacchari Cinnamomi ℥j. Croci Anstriaci ℥i℔. Fiat omnium pulvis in vitro custodiendus.

In referatione Hypochondriorum obstructorum, in curanda cachexia, & depravatorum humorum colluvie præparanda, præsens est remedium. Leucophlegmatiam & morbum virgineum curat, pallorem & vitiosum colorem tollit; fumendus in vehiculis appropriatis à ℥℔. ad ℥ij. Vid. corp. ph. p. 222. b.

## Pulvis Cordialis Timai.

℞. Marg. pp. ℥iij. unic. ver. ℥j. lap. bez. ℥ij. off. de corde c. ℥i℔. apic. cc. Div. vell. aur. Weidn. ℥j. terantur in marm. affus. spir. rub. id. ros. an. q. l. F. Pasta quæ redig. in pulv.

## Pulvis Cordialis de Spina.

℞. Spec. diamarg. frig. ℥j. marg. pp. ℥j. cor. rub. ℥℔. off. de corde c. ℥℔. lap. bez. ℥j. cinamom. ℥ij. macis ℥j. croc. gr. v. sem. citri ex cort. Div. man. chy. perl. ℥j. fol. aur. no. iij. F. P.

## Pulvis Cachecticus Pharm. Ner.

℞. Cassia lign. ℥iij. Croci ex Glo. ℥j. Sacchari albi ℥j. Misce. Vid. corp. ph. p. 222. b.

## Pulvis ad Calculum P. A. V.

℞. Radicum Saxifragia alba, Petroselin. Pimpinella, Liquiritia, Ononidis an. ℥ij. Baccarum Alkekengi ℥℔. Juniperi ℥j. Seminum Milii Solis, Fœniculi, Eruca, Dausi Cretici, Violarum purpurearum an.

an. ℥j. *Lactuca*, *Papaveris albi* Quatuor frigidorum majorum excort. *Hyoscyami albi* an. ℥β. *Herniaria Hollerii*, ℥j. *Gummi Cerasorum nigrorum* ℥ij. *Tragacanthi* ℥i. *Therebinthina ad duritiem in aqua Malva cocta* ℥ii. *Magisterii oculorum Cauceri*, *Salis Succini* an. ℥i. *Lapis Judaici preparati*, *Spongie preparati*, *Nephritici prepar.* an. ℥i. *Cantharidum grana sex*, *Sacchari Cantii* ℥iii. *Milce*. Vid. corp. ph. p. 224. b.

*Pulvis ad Calculum alius P. A. V.*

℞. *Sem. Milii Solis*, *Saxifragie* an. ℥i. *Lactuca*, *Hyoscyami*, *Papaveris albi* an. ℥iβ. *Quatuor. frigid. majorum* an. ℥ii. *Glycyrrhiza* ℥iiii. *Trochisc. de Halicacabo* ℥iβ. *Rad. Pimpinella*. *Sem. Genista* an. ℥β. *Sacchari* ℥ii. Vid. corp. ph. p. 224. b.

*Pulvis contra Calculum Zuvelff.*

℞. *Rad. Liquiritia rasa*, *Doronici veri* an. ℥vi. *Sem. Dauici*, *Nasturtii*, *Petroselini*, *Thlaspios*, *Urtica*, *feniculi* an. ℥ii. *Succini albi preparati*, *Oculor. Cancror. prepar.* an. ℥vi. *Ligni Nephritici* ℥ii. His omnibus mixtis, & in pulverem redactis imprimatur succus oleaginosus *Corticum trium pomorum Arantiorum*: servetur usui. *Nephriticis & Calculosis ad renum arenulas exturbandas* praestat; a ℥β. ad ℥j. Vid. corp. ph. p. 224. b.

*Pulvis alius contra Calculum Zuvelff.*

℞. *Oculor. Cancror. preparat.* *Matris perlarum preparat.* an. ℥β. *Clausularum Limacum* ℥iii. *Millepedum preparat.* ℥i. *Salis succini volatilis*, ℥iβ. *Nuc. Moschat.* ℥ii. *Fiat pulvis ex omnibus*; cujus virtutes ex superioribus elucescant; *Hydropicis insuper in educendo sero per urinam*; & Mu-

Mulieribus, in pellendis menstruis salutaris est.  
Dosis est ℥℥. ad ℥ij. Vid. corp. ph. p. 224. b.

*Pulvis alius ad Calculum Zuvelff.*

℞. Oculor. cancror. preparatorum, Succini albi preparati, Cremoris  $\square$  i ana ℥℥. Lapid. Nephritici prepar. ℥ij. Millepedum prepar. ℥℥. Nucum Moschatar. ℥ij. Fiat omnium pulvis.

Calculum tum renum, tum vesicæ unica sua proprietate atterit, & propellit, utinam promovet, ac ventriculi nauseam compescit. Dosis ℥. ℥℥. ad ℥ij. Vid. corp. ph. p. 225. b.

*Pulvis Carminativus Minsichti.*

℞. Sem. Cymini cum Aceto præp. Carvi, Anisi, ana ℥ij. Zingib. albi ℥vj. Macis ℥ij. Croci Orient. ℥i. Milc. & f. pulvis &c.

Flatus intestina distendentes & acrimonia sua tormina concitantes, egregie discutit. Vid. corp. ph. p. 257. b.

*Pulvis Carminativus seu Anti-Colicus ex*

*Th. Hoffm.*

℞. Castorei el. ℥ij. Sem. Cymini. Cortic. aurant. ana ℥℥. M. f. pulvis. Dos. ℥j. in vino. Vid. corp. ph. p. 257. b.

*Pulvis ad Casum P. A. R.*

℞. Terra sigillata, Sanguinis Draconis, Mumia, ana ℥ij. Spermatis Ceti, ℥j. Rhabarbari ℥℥. Misce, fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 223. b.

*Pulvis ad Casum Zuvelfferi.*

℞. Sanguinis Draconis opt. ℥℥. Sanguinis Hirci nostro modo præparati, Ocul. cancr. præp. Terra sigillata seu Boli Armene ana ℥vj. Myrrha rubra ana ℥℥. Nucum Moschatar. ℥ij. F. pulvis.

Bbb

Prodest

Prodest præcipitatis ab alto, & quibus sanguis in corpore coagulatus hæret; ruptis item, contusis, fractis: vel in vino vel jusculo aut aqua Cherefolii, vel *Card. Mariæ* propinatus. Dosis ʒß. ad ʒi. Vid. corp. ph. p. 223. b.

pulvis contra tussim infantum & Senum,

seu Catarrhalis Zvvelff.

ʒ. *Sem. papaveris albi* ʒi. *Melonum excort.* ʒß. *Pæonia excort.* ʒii. *Pinearum mundat.* *Fistach. decort.* ana ʒß. *Benzoes pulveris.* ʒß. Contundantur probè in mortario ad pulvis formam, cum s. q. aqua rosarum. Huic pulpæ adde *Pulv. rad. Ireos florent.* ʒiß. *Pæonia* ʒß. *Croci Orient.* vel *Austriaci* ʒii. *Florum Sulfuris* ʒiß. *Sacchar. Penidii* ʒvj. Exsiccentur in leni calore, fiatque omnium denuò pulvis subtilis; adde *Olei still. Anisi* ʒi. vel ʒiß.

Præstans in tussi & deflexionibus à capite ad pectus tenuioribus incrassandis & maturandis remedium; sæpius lambendo usitatum. Vid. corp. ph. p. 254. b.

pulvis Avicennæ è Cineribus P. A. V.

ʒ. *Cinerum vitri, Scorpionum, rad. Brassica, Leporis, Putamin. ovorum,* è quibus pulli fuerint exclusi, *Lapidis spongæ, Sanguinis Hirci præp, Lapidis Judaici, Gummi Juglandis, Acori,* ana ʒi. *Petroselini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici, Sem. Althea, Piperis nigri,* ana ʒiß. Terantur & simul misceantur. Priore longè validior, urinas magis promovet, & calculos potentius educit, nec nisi consideratè usurpandus. Vid. corp. ph. p. 225. b.

pulvis Analepticus frigidus P. A. R.

ʒ. *Specier. Cordialium temperat. incompl.* ʒii. *de Gemmis frigid.* ʒi. *Ambra gryseæ* ʒi. *Spiritus rosarum* guttas



guttas sexaginta, foliorum auri num. duodecim.  
Argenti num. tria Man. Chr. simplic. ℥iii. Misce,  
fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 228. b.

Pulvis hic ad virium conservationem & reparationem  
plurimum conducit.

pulvis probatissimus ad Cordis palpitationem  
D. G. M. ex Th. Hoffm.

℞. Ebor. ppt. ℥℥. Corall. r. ppt. ℥i. Margarit. occid. ppt.  
℥℥. Ol. de rec. Citrigutt. x. M. Dosis quantum sin-  
gulo manè in brodio calido tribus culltelli cuspi-  
bus sumi potest. Vid. corp. ph. p. 228. b.

pulvis Dysentericus Cassel.

℞. Pan. samb. rad. torm. ana ℥ii. bol. arm. terr. sig. lap.  
smaragd. pp. ana ℥℥. nuc. m. ℥ii. CC. sine igne ℥iii. F. P.

pulvis Dysentericus Th. Hoffm.

℞. Croc. mart. adstr. ℥i. CC. ust. pp. ℥℥. rad. bist. torm.  
ana ℥ii. cinam. ℥i. sacch. sat. ℥ii. M. F. Pulvis.

pulvis Dysent. Mæbii.

℞. Lap. hemat. ℥i. CC. ust. croc. mart. adstr. ana ℥℥.  
mag. corall. c. succ. cicri ℥i. medull. lap. ℥i℥. F. P.  
dosis ℥i.

pulvis in Dysuria Dolei.

℞. Lap. cancr. pp. cryst. pp. ant. diaph. ana ℥i. succin. pp.  
℥℥. opii corr. ℥℥. ol. bals. Peruv. gutt. iii. F. pulvis.  
Dosis ℥i.

pulvis in Dysuria Ettm.

℞. Lap. perc. oss. sep. cancr. calc. nuc. m. ana ℥℥. extr. opii  
℥i. F. pulvis.

pulvis contra casum Brandenb.

℞. Bol. arm. pp. lap. ham. pp. sang. drac. pp. hirc. pp. mu-  
miatransmar. pp. lap. cancr. pp. ana ℥ii. sperm. ceri ℥i.  
rhab. el. ℥℥. M. F. pulvis.

Bbb 2

pulvis

## Pulvis Dysentericus D. D. Joannis Langii

P. A. R.

℞. Maxill. Lucii cum dentibus, Priapi Cervi, Cort. Granat. Cornu Cervi usti, Boli Armena, Seminum Lappathi acuti ana ℥j. f. pulvis.

Ad omnes alvi fluxus, diarrhœam, Lienteriam, & imprimis dysenteriam magna est efficaciaz. Vid. corp. ph. p. 235. b.

## Pulvis Dysentericus Crollii ex Schrœd.

℞. Succin. Sang. Dracon. Lap. Hematit. Corall. rubr. Sem. portulac. Plantag. Anchos, Rad. Tormentill. Terr. sigillat. a. ℥ij. Balaustror. ℥i. Nucisl. no. iij. Cinamom. ℥ß. Croc. & tis adstring. Talc. calcinat. Matr. Perlarum calc. à ℥j. Lapidés lævigentur, reliquisque minutissimè tritis addantur. Valet in omnibus alvi profluviis, menstruorum, narium &c. Dosis ℥i. vel ℥iß. ad ℥ii. Vid. corp. ph. p. 235. b.

## Pulvis Dysentericus D. Michael.

℞. Pulv. Lapid. Hematit. ℥i. C. C. cum & usti, Croci & adstring. a. ℥ß. Magist. Corallior. cum succo Citti fact. ℥ij. Medulla lapid. ℥iii. M. f. pulvis. Dosi ℥j. ad ℥ß. Vid. corp. ph. p. 235. b.

## Pulvis Dysentericus Minsichti.

℞. Corn. Cervi spagyricè calc. ℥iß. Sem. Sangu. Plantag. an. ℥j. Creta. alb. præp. Nuc. Moschat. Visci quercin. Nitri præp. an. ℥ß. Misc. & f. pulvis subtilissimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valde efficax est. Dosis ℥j. in vehiculis appropriatis & specificis. Vid. corp. ph. p. 236. b.

## Pulvis Dysentericus Timai.

℞. Tormentill. præp. C. C. usti an. ℥ß. Terra sigillat. Strig. ℥ij. Boli Armen. Lap. Hematit. ppt. Corallor. ppt. Cort.

Gra-

Granat. Balaust. rosar. a. ℥j. Mastichis Div. Tragacanthi, alb. ℥iβ. M. fiat pulvis. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

**Pulvis Dysentericus Zwelfferi.**

℞. Fl. ferri præp. ℥j. Oculor. ℥ præp. Nuc. Moschat. Rad. Torment. à ℥iβ. Fl. rosar. rubr. Balaustior. Croci Austriaci an. ℥ij. Fiat omnium pulvis.

Ad omnes alvi fluxus immoderatos, diarrhœam, Lienteriam, præcipuè verò dysenteriam, sistendos, præsentaneum est remedium, atque virtutis efficacissima. Dosis ℥iβ. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

**Pulvis alius Dysentericus Zwelfff.**

℞. Boli Armen. num. præp. ℥vj. Lapid. Bezoard. occid. ℥ii. Rad. Torment. ℥vi. Contrajerva, nuc. Moschat. an. ℥iij. Croci Austriaci ℥ii. Cortic. Arant. Citri ana extim. & recent. siccat. ℥ii. Fiat ex omnibus pulvis.

Usus ejus est in dysenteriis & diarrhœis malignis, uti superioris. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

**Pulvis contra calculum Brandenb.**

℞. Sem. saxifrag. alb. ℥iβ. aneth. anis. card. min. excort. carvi sem. mil. sol. petros. raphani, macis ana ℥iβ. acinor. cynosb. alkek. lap. perc. pp. porcor. è ventric. mandib. luc. pp. lap. cancr. pp. ana ℥ij. M. F. pulvis.

**Pulvis contra colicam Brandenb.**

℞. Cort. aurant. rec. sicc. ℥j. bacc. lauri sem. carvi, cumini. ana ℥iβ. galang. zed. ana ℥iij. cal. arom. caryoph. cinam. acut. ana ℥ij. F. P.

**Pulvis Apoplecticus Brandenb.**

℞. Rad. doron. ver. ℥j. peon. justo temp. coll. ℥ij. sem. anis. coriand. cubeb. ana ℥ij. card. min. lign. al. ana

Bbb 3

ana Ziij. nuc. m. succin. alb. el. ana Zß. caryoph. Ziß.  
 ambr. gryf. cum sem. citri de cort. ana ðj. tubactæ  
 sacch. perl. Ziß. ol. cinam. dest. gutt. x. F. P.

**Pulvis Bezoardicus Sennerti.**

℞. CC. usf. pp. Ziß. cor. rub. pp. lap. bez. or. marg. pp. aut  
 matr. perl. pp. lap. cancr. pp. succin. pp. terr. fig. pp. ana  
 ði. off. de corde c. pp. hyac. pp. rubin. pp. sapphir. pp. sma-  
 ragd. pp. ana ðß. fol. auri no iij. F. P.

**Pulvis Bezoardicus Brandenb.**

℞. Rad. angel. gent. petasit. zed. ana Zß. dict. alb. torm.  
 bol. arm. terr. fig. strig. ana Zvj. cor. rub. pp. CC. usf.  
 pp. cort. citri exim. ras. ebor. succin. alb. pp. ana Zß.  
 M. F. Pulvis.

**Pulvis Epilepticus Timæi.**

℞. Magist. lune Ziij. perl. or. cor. rub. lap. cancr. succin.  
 alb. matr. perl. ana Zj. cran hum. Div. corn. alc. phil.  
 pp. Zij. cc. sine igne Ziß. sac. pæon. ðv. M. F. Pulvis.

**Pulvis Epilepticus Eitmülleri.**

℞. Pulv. secundina ritè parat. Zj. ras. cr. hum. Zvj. castor.  
 Zj. sal. succin. Zij. corn. c. Zj. elaos. matris q. f. F. Pulv.

**Pulvis Epilepticus Ludovici.**

℞. Bezoard. alb. quod constat ex cc. phil. terr. fig. & unic.  
 foss. ana succin. alb. pp. ana Zij. cinab. nat. Zß. laud. op.  
 Zj. F. Pulvis.

**Pulvis Epilepticus Krugeri.**

℞. Cryst. foss. Zj. cor. rub. pp. ðij. marg. pp. Zj. smaragd.  
 pp. Zß. F. Pulvis.

**Pulvis Epilepticus Hartmanni.**

℞. Cinab. nat. Zß. mag. cor. perl. ana ðij. croc. ðj. fol.  
 auri no. x. M. F. Pulvis.

Pul-

Pulvis Epilepticus *Dolei.*

- ℞. Nuc. M. Ziß. ciner. talp. Zij. tal. lep. no. iij. pulv. cardb. Div. ung. alc. succin. alb. visc. querc. ana Ziß. marg. pp. Zi. cc. ust. zß. unic. Di. cran. hum. Zij. sem. paon. Ziß. sacch. canar. Zij. Zij. fol. auri. no. ij. F. P.

Pulvis Epilepticus *Michaelis.*

- ℞. Mag. cran. hum. ung. alc. cor. rub. ana Dj. smaragd. pp. off. de corde cervi ana Dß. bez. sol. gr. viij. M. F. Pulv.

Pulvis Epilepticus *de Spina.*

- ℞. Unic. ver. vel lap. bez. Zj. ung. alc. marg. non perfor. cor. rub. pp. alb. cc. ust. rad. paon. sem. cydon. excort. visc. q. auri ungar. ana zß. sterc. pav. Dj. M. F. Pulvis. Dosis pueris Di. adult. zß. in aq. approp.

Pulvis Epilepticus *Fausii.*

- ℞. Pulv. Marchion. epil. Ang. Sal. mag. perl. or. cor. rub. pp. ana gr. xv. sal. paon. cran. hum. ana gr. vj. hyper. gr. iv. F. P.

Pulvis Epilepticus *Gratonis.*

- ℞. Cinab. nat. Zj. torrefiat leviter super ignem in tabula, dein teratur in pulv. subtil. marg. pp. cor. rub. pp. ana Ziß. cran. hum. pp. cc. ust. pp. ana Zj. croci Dj. fol. auri no. xxv. M. F. Pulvis.

Pulvis Epilepticus *Eisenmengeri.*

- ℞. Ung. alc. corn. c. pp. marg. pp. visc. querc. rad. paon. sem. cyd. excort. ana Ziß. tabell. epil. Lang. zß. fol. auri no. vi. F. P.

Pulvis Epilepticus *Bartholini.*

- ℞. Cran. hum. sem. paon. ana Dß. succin. alb. gr. vij. auri hered. gr. ij. marg. pp. corall. ana gr. v. cort. samb. ex salice Dß. castor. gr. iij. calend. gr. ix. F. P.

Pulvis Epilepticus *Rudolphi Imperat.*

- ℞. Cinab. ant. zß. unicornu Zij. cc. visc. querc. ana Zi. tert.

tert. sig. cran. hum. pp. marg. pp. ana gr. xv. lap. smaragd. ragd. cinam. croc. ana ℥ss. M. F. Pulvis.

**Pulvis Epilepticus Caroli V. Imperat.**

℞. Salv. ℥ij. fl. lavend. byss. menth. ana ℥j. caryoph. nus. m. cinam. zingib. gran. parad. zedoar. galang. ana ℥ss. cal. arom. ℥ij. gran. jun. ℥iij. paon. ℥j. F. P.

**Pulvis Epilepticus Rulandi.**

℞. Essent. cran. hum. ℥ij. cor. rub. marg. ana ℥i. mag. succin. ℥vj. sp. vir. dulc. in coag. red. ℥j. lap. bez. ℥ss. ambr. gryf. ℥ij. moschi ℥ss. M. F. pulvis.

**Pulvis Epilepticus Thes. Hoffm.**

℞. Cinab. nat. ℥j. unic. veri ℥j. cc. ust. pp. ℥ij. visc. querc. in leone decerpt. ℥ij. terr. sig. ver. ℥iij. mag. perl. corall. ana ℥ss. cinam. ℥j. M. F. Pulvis. Dosis à ℥ss. ad ℥ss. Vid. corp. ph. p. 215. b.

**Pulvis Epilepticus Mebii.**

℞. Cinab. ant. rectif. & nativ. Hung. ana ℥ss. smaragd. pp. cc. sine igne corn. alc. sine igne visc. coryli ana ℥j. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 216. b.

**Pulvis Epilepticus Brandenburg.**

℞. Corall. rub. pp. cran. hum. non humati, matris' perl. pp. ana ℥ij. corn. c. sine igne pp. ℥iij. rad. paon. mar. iusto temp. coll. ℥i. sem. paon. ℥ij. visc. q. sacch. alb. ana ℥ss. sol. auri puriss. no. v. M. F. Pulvis.

**Pulvis Electuarii de Bolo P. A. V.**

℞. Boli Armen. pr. ep. aquâ rosarum ℥ss. Rad. Tormentilla, Angelica ana ℥ij. Corallii rubri, Rasura Eboris, Cornu Cervi, Rosarum rubrarum ana ℥ss. Sem. Melonum, Acetosa, Curi mundati, Bombacu mund. Juniperi ana ℥j. Anisi, feniculi, Cinnam. Xyloaloes, Maci ana ℥ss. F. P. Febribus malignis, pestiferis, ac contagiosis potenter resistit, eorumque insultus reprimi-  
Spiri-

Spiritus extingui prohibet, eosdemque evanidos reparat; sudores evocat, ac pestilentis luis noxas difficit. Vid. corp. ph. p. 208. b.

**Pulvis Marchionis seu Epilepticus**

*P. A. R.*

℞. Radicum *Pæoniae Maris*, decrefcente lunâ effollarum, ℥℔. *Visci querni*, *Rafura Eboris*, *Ungula alcis*, *Spodii*, *Cornu Cervi ex apicibus defumpti*, *Corall. rubr. alborum*, *Margaritarum prepar. an.* ℥j. *Fol. Auri puri* numero viginti, F. Pulvis.

Prodest hic pulvis Apoplecticis, Epilepticis, ac incubo laborantibus intemperiem Cerebri humidam corrigat, & nocturnos terrores fugat. Vid. corp. ph. p. 213. b.

**Pulvis Epilepticus Marchionis *Phar. Nor.***

℞. Rad. *Pæon. maris* suo tempore mente scil. Martio in novilunio junctis in ariete Sole & Lunâ, effollarum ℥℔. *Spodii ex Ebore* ℥ij. *Visci quercini*, *Limatur. Ungula alcis*, C. C. *Spagy. ppt.* *Corall. rubr. alborum*, *Margarit. an. ppt.* ℥j. *fol. auri no. xx.* Misceantur; fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 214. b.

**Pulvis antepilepticus *D. Dolei.***

℞. *Cinnab. nativ. ☿ dulcis an.* ℥ij. *Margarit. Corall. ppt. an.* ℥j. *Croci Or. gr. v. M.* fiat pulvis, *cujus Dosis gr. x. ad xv.*

**Pulvis antepilepticus *Cervinus Zwelfferi primus.***

℞. *Flor. rilia recent.* ℥ij. *Rad. Pæonia recent. dec. i. coll.* ℥ij. *Semin. ejusdem excort.* ℥j. *Incifa & contufa coquantur in aqua simplicis f. q. repetitis vicibus afufâ & expreffâ, quousque tora virtus prolecta fit; Decoctiones expreffâ junctim optimè clarificen.*

Bbb §

ficcen.

ficientur, & ad ℥vj. circiter evaporentur. Cui relicto decocto sive extracto liquido cucurbitæ vitreæ immisso, adde Pulv. Cervini simpl. ex typhis parati ℥ss. Margarit. Orient. præp. sive earundem solutionis, menstruo nostro paratæ ℥j. Corall. rubr. præp. seu eorundem solut. modo indicato menstruo paratæ ℥ss. Et lenta destillatione per MB. iterum totaliter exsiccentur ut in Alcohol redigi queant; cui pro aromatificatione addatur, Eleosacchari Cinam. ℥ss. Olei Coriandri destill. ℥j. M. f. pulvis. Est Epilepticum efficax. Ejus dosis est à ℥j. & ℥ij. Vid. corp. ph. p. 214. b.

Pulvis Antepilepticus Cervinus.

℞. Pulv. Cerv. simpl. ex typhis parati ℥vj. Salis volatilis Cornu cervi, juxta modum Salis viperini volatilis parati, Salis succini volatilis an. ℥ss. Sacchari Candi albi pulverisati ℥ii. Ol. still. Coriandri, Majorana, Lavendule an. ℥j. Miscæ fiat pulvis Antepilepticus, custodiat in vitro cerâ optimè obturato. Dosis ejus est à ℥i. ad ℥ii. Vid. corp. ph. p. 214. b.

Pulvis Epilepticus D. Arn. Weickardi  
ex Schrœd.

℞. Rad. Pæon. decrescens. & collect. ℥i. Sem. Pæon. masc. excort. ℥ss. Ung. alcis ℥iii. Succin. alb. C. C. ust. ppt. an. ℥ii. Margar. præp. Corall. rubr. præp. an. ℥j. Stercor. pavon. ℥iv. Lap. Bezoar. Or. ℥i. Unicorn. veri ℥ii. Limatur. O Ungar. ℥i. Croc. ℥i. Manus Chr. perlat. ℥ss. F. pulvis subtilissimus. addendo Ol. still. Macis ℥ss. Dosis. à ℥ss. ad ℥ss. Vid. corp. ph. p. 214. b.

Pulvis Epilepticus mirabilis Minschii.

℞. Cranii hominis strangulati & sine igne calcinat. ℥i. Visci quercini, Cinnab. factit. Ung. Alcis an. ℥ss. Miscæ & fiat pulvis, cujus ℥ss. pueris statim post paroxysmum



smum datur, adultis verò ʒi. iteratusque certissimè  
liberat. Vid. corp. ph. p. 215. b.

**Pulvis Antepilepticus de Secundina ex**

*Schræd.*

ʒi. Secundin. puelli primogeniti exsiccat. ʒʒ. Cranii maris  
calcinat. ʒi. Pulv. pulvorum corv. ʒii. Coagul. lepor. ʒj.  
Rasur. C.C. ʒii. Castor. ʒʒ. Succin. albiss. ʒii. Visc.  
quern. ʒ decresc. collecti ʒʒ. Granor. & rad. Pæon. an-  
te novilunium collect. an. ʒʒ. Ambr. gryf. Moschi  
an. ʒʒ. Spec. Dianth. Diapleres Archont. Latific. Ga-  
len. Margarit. præp. Corall. præp. an. ʒi. F. Pulvis  
subtilissimus. Vid. corp. ph. p. 215. b.

**Pulvis Antepilepticus Diaphoreticus**

*ex Schræd.*

ʒi. Cinnab. ʒii purificat. Magist. Corall. perlar. Cran-  
human. an. F. Pulvis subtilissimus. Dosis à gran. 10.  
ad 16. bis in septimana exhiberi potest. Vid. corp.  
ph. p. 216. b.

**Pulvis Antepilepticus Zuvelff.**

ʒi. Pulv. ex Typhus Cervi ritè juxta n. descriptionem  
in animadvers. parati ʒʒ. Unicornu veri marini,  
Cranii hominis suspens. raspati, Bezoar. Occident.  
Lapid. Carpion. sublunar. supra eorum oculos re-  
peribil. an. ʒii. Vermicul. in spongiiis Cinosbat. inven-  
torum ʒʒ. Ol. stillat. Cinam. ʒj. Caryophyll. ʒʒ. Ma-  
gister. solub. Marris perlarum ʒʒ. F. omnium pulvis  
subtilis.

Prodest Epilepticis & Apoplecticis, Dosis ʒi. ad ʒʒ.  
Vid. corp. ph. p. 216. b.

**Pulvis Antepilepticus alius Zuvelff.**

ʒi. Nucl. Cerarosum nigrorum ʒʒ. Sem. Pæonia ex-  
cort. ʒii. Citri excort. Bardana, an. ʒʒ. Con-  
tun-

tundantur subtilissimè in mortario, additâ semper particulâ aqua flor. Arantiorum, ad pulvis formam, ut per seraceum transmitti possint: Cui adde parùm etiam conquassata sequentia, nempe Rad. pœonie debitè collect. Doronici veri an. ℥iij. Visci quercini, Nuc. Moschat. Cardamom. min. Croci Austriac. an. ℥ij. Succini albi præp. ℥iij. Magist. solub. Corallior. rubr. ℥ij. Cranii humani raspati ℥iij. Ol. stillat. Cinamomi ℥j. Lign. Rhodii ℥j. F. omnium pulvis subtilis. Efficax in Epilepsia & aliis Cerebri affectibus. Dosis à ℥ß. ad ℥ij. Vid. corp. ph. p. 216. b.

**Pulvis Epilepticus alius Aureus seu Solaris**  
Zwelfferi.

℞. Croci auri cum tinct. Antim. fermentati, ℥ij. Unicornu fossilis alb. Unicornu marini scil. quod pro vero unicornu habitum fuit, nunc verò levi pretio venale prostat, tanquam maris soboles an. ℥ß. Cranii hominis strangulati raspati ℥ij. Pulv. ex typhis vel salrem junioribus lanuginosis & mollibus adhuc Cervorum cornubus, n. m. parati ℥ß. Magist. solub. n. perlar. Orient. Matris Perlar. Corall. rubr. an. ℥iß. Nuc. Moschat. ℥ß. Ol. Cinam. stillat. ℥j. vel ℥ß. F. omnium pulv. subtilis.

Remedium contra insultus Epilepticos præstans est, resistit enim malignitati & cor insigniter roborat. Dosis ℥ ad ℥ß. & ℥ij. Vid. corp. ph. p. 217. b.

**Pulvis Febrilis Th. Hoffm.**

℞. Nitri fixi ℥ß. flor. sal. arm. ℥j. sulph. ℥iij. sant. rub. ℥j. M. F. Pulv. Vid. corp. ph. p. 238. b.

**Pulvis contra Febres Brandenb.**

℞. Herb. cardb. scordii an. ℥j. gent. rad. galang. matris perl.

perl. pp. lap. cancr. pp. sal. abs. cal. arom. an. ꝑ. M. F.  
Pulvis.

*Pulvis Febrilis Ettm.*

ꝑ. Sal. abs. cardb. ant. diaph. an. ꝑ. ol. macis. gutt. ij. M.  
F. Pulvis.

*Pulvis Febrilis de Spina.*

ꝑ. Rad. gent. cort. chinach. an. gr. xij. cass. lign. ꝑ. ꝑ.  
flor. sal. arm. camph. an. gr. iv. sal. abs. cardb. an. gr.  
vj. M. F. Pulvis.

*Pulvis febrilis Deckeri.*

ꝑ. Cort. lign. guaj. fraxin. exor. gent. angel. ant. di-  
aph. flor. sal. arm. an. ꝑ. myrrh. ꝑ. M. F. Pulvis in  
Quartana.

*Pulvis in Furore uteri michaelis.*

ꝑ. Lap. prun. ꝑ. camph. sacch. sat. an. gr. iv. laudop. gr.  
j. M. F. Pulvis.

*Pulvis in Fluore albo Timæi.*

ꝑ. Mag. ostiocolle ꝑ. carneol. ꝑ. iii. cor. alb. ꝑ. ii. sma-  
ragd. ꝑ. i. M. F. Pulvis.

*Pulvis in Fluore albo Dolæi.*

ꝑ. Cinab. ant. mag. succin. an. ꝑ. vitr. mart. ebor.  
sine igne off. sep. an. ꝑ. sacch. sat. ꝑ. laud. op. gr. ij.  
M. F. Pulvis.

*Pulvis in Fluore albo Haremanni.*

ꝑ. Cor. alb. matr. perl. an. ꝑ. ii. cc. ust. ꝑ. ii. eb. ust. terr.  
fig. sem. pap. alb. an. ꝑ. i. gum. Arab. mast. an. ꝑ. suc-  
cin. flav. ꝑ. laud. op. gr. viii. M. F. Pulvis.

*Pulvis Dysentericus Brandenb.*

ꝑ. Rad. acor. vulg. ꝑ. bist. ꝑ. torm. ꝑ. sem. acetos.  
plant. an. ꝑ. iii. lap. acuti ꝑ. ii. nuc. mosch. bol. arm.  
pp. cc. usti an. ꝑ. i. corall. rub. pp. sang. drag. pp. terr.  
fig.

fig. Siles. an. ꝑ. croc. mart. adstr. priapi cervi an. ꝑ.  
F. Pulvis.

Pulvis ad Fœtum mortuum expellendum

*Helidai.*

ꝑ. Test. equin. borrag. Ven. an. ꝑ. croc. ꝑ. M. F.  
Pulvis.

Pulvis Anticolicus *Dolai.*

ꝑ. Cort. aurant. ꝑ. lap. cancer. mand. luc. p. succini Zedoar. an. ꝑ. ol. cham. ꝑ. th. cæl. gr. xv. F. Pulvis; dosis ꝑ. ad j.

Pulvis febrilis ex *Schræd.*

ꝑ. Rad. Diptamn. Petasit. Zedoar. Fol. Scord. an. ꝑ. Sem. Card. bened. C. C. ust. præp. an. ꝑ. Antimonii Diaphoret. ꝑ. F. Pulvis subtilissimus.

Alius febrilis probatus *Minschti.*

ꝑ. Calami arom. ꝑ. Rad. Gentiana, Aristoloch. rot. Zingib. alb. an. ꝑ. Sal. Centaur. min. Card. bened. Absinthii, an. ꝑ. Corn. cervi s. igne calc. Sem. Calendula. Camphora, an. ꝑ. Sacchari cand. alb. ꝑ. Misc. & f. pulvis subtilissimus; Dosis à ꝑ. ad ꝑ. in vehiculis appropriatis & specificis. Vid. corp. ph. p. 238. b.

Pulvis febrifugus certus *Pharm. Batean.*

ꝑ. Specifici vegetabilis ꝑ. Radic. Serpentar. virgin. ꝑ. Contrajerv. Gentian. Zedoaria, Sem. Citri, Card. ben. Bezoar. Occident. ꝑ. M. fiat pulvis. Dosis est à ꝑ. ad ꝑ. vel ꝑ.

Pulvis sive Spec. Febrifugæ *Minschti.*

ꝑ. Cochlear. long. testar. præp. Corn. Alcis s. igne calc. an. ꝑ. Sal. Centaurii min. Card. bened. Absinthii, an. ꝑ. Tartari Vitriolati, Mag. Vitrioli, an. ꝑ. Calami arom. Nuc. Moschat. ap. ꝑ. Sem. Hyperi-

perici, Caryophyllor. Piperis longi, Camphoræ, an. ℥i.  
Rad. Tormentilla, Aristoloch. rot. Zedoariæ, Ostrucii,  
an. ℥ß. Misceantur, & fiat omnium pulvis subtilis-  
simus.

Abigunt ferè omnes febres, præcipuè autem quotidi-  
anam, tertianam, & sæpè quartanam curant. Vid.  
corp. ph. p. 238. b.

Pulvis ad Gonorrhæam *Michaelis*.

℞. Fol. menth. sem. agn. cast. rut. succin. off. sep. an. ℥i.  
ant. diaph. lap. cancr. cryst. pp. an. ℥i. M. F. Pulvis;  
dosis à ℥ß. ad j.

Pulvis ad Gonorrhæam *Delai*.

℞. Off. sep. ℥ii. cor. rub. succin. lap. hæm. an. ℥i. ol. succi-  
ni gutt. v. M. F. Pulvis; dosis ℥i.

Pulvis ad Gonorrhæam *Vvedelii*.

℞. Tereb. ad durit. coct. ℥i. sem. vitic. ℥i. sacch. sat. gr. xv.  
M. F. Pulvis.

Pulvis Griseus Cæsaris contra Pestem.

℞. Rad. pimp. gent. torm. serpent. fol. rut. abs. nuc. jugl.  
grau. jun. acet. ros. ther. Andr. an. ℥i. F. P. Vid. corp.  
ph. p. 206. b.

Pulvis Haly Pectoralis.

℞. Sem. pap. alb. ℥v. gum. Arab. amyli trag. an. ℥iß.  
sem. portul. gossypii alth. malv. an. ℥iib. 4. fr. maj.  
excort. cyd. mund. an. ℥iiib. spod. pp. succ. liquir. vel  
pulv. ejus an. ℥iß. sacch. penid. ad pondus omnium  
F. Pulvis pectoralis.

Pulvis Hystericus *Yimæi*.

℞. Fœcul. bryon. ℥i. mag. succin. matr. perl. an. ℥ii. ca-  
stor. Div. M. F. Pulvis.

Pulvis Hystericus ex *Thef. Hoffm.*

℞. Rad. pœon. debito temp. coll. ℥i. anophyll. ℥iii. croc.  
Austr. castor. an. ℥ii. succin. alb. pp. mag. matr.  
perl.

perl. cor. rub. pp. sal. Jovis an. ℥℥. ol. dest. succin. alb.  
 ℥i. M.F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 243. b.

Pulvis ad Hæmoptysin.

℞. Rad. liquir. consol. maj. alth. an. ℥iij. sem. 4. friga  
 maj. excort. hyosc. an. ℥j. fol. equiset. sic. ℥℥. gum.  
 Arab. trag. sarcoc. thur. an. ℥ij. bol. arm. lap. cancr.  
 pp. an. ℥j. succ. liquirit. ℥ij. M. F. Pulvis à ℥℥. ad ℥℥.  
 Vid. corp. ph. p. 248. b.

Pulvis contra Hæmorrhagiam & sputum cru-  
 entum Zvvelff.

℞. Rad. Torment. ℥vj. Papaveris errat. Terra sigill. seu  
 Bolæ Armen. Lapid. ætitis nuclei interior. Hamat. præp.  
 Corneoli præp. Magist. solub. Corall. Nuc. Moschat. an.  
 ℥ij. Sang. Draconis, Olibani in granis an. ℥iij. Nitri  
 purissimi crystall. ℥vj. Fiat pulvis. Valet ad sputum  
 cruentum & fluxus sanguinis narium sistendos, &  
 ad menstruorum mulierum superfluum fluxum,  
 Dylenteriam, Diarrhœam, Alvi ac uteri profluvia  
 alba & cruenta curanda singularis est efficaciam.  
 Vid. corp. ph. p. 238. b.

Pulvis Epaticus Ruber Dresd. ex

Tb. Hoffm.

℞. Crystall. Tart. albiss. ℥iij. Imbuantur in marmore  
 Sp. Olii rectificat. ℥iv. continuè miscendo, donec  
 omnis spiritus absumptus sit, deinde

℞. Santali rubr. el. subtiliss. in marmore pulverisat. ℥iv.  
 Imbuatur Sp. vini optim. ℥viiij. per vices immiscen-  
 do, ut fiat instar pastæ, & ad aërem siccando, ite-  
 rum miscendo & exsiccando, donec omnem spiri-  
 tum absumferit. Postea Crystall. Tartar. cum Spi-  
 rit. Olii & Santali cum sp. vin. s. q. imbutum mitte  
 su<sup>2</sup>



*Croc. astr. vel Oriental. Cortic. Arantiorum, Citri*  
ana extim. recent. Sem. Citri excortic. an. ℥ij. Salis  
*Jovis seu Stanni Anglici* ℥℔. Magist. solub. Coralliorum,  
*Marris Perlarum* ana ℥ij. Ol. stillar. Cinamomi, Me-  
lisse an. ℥℔. F. Pulvis.

Placat hic pulvis dolores uterinos, atque vapores ab  
utero ascendentes reprimat, imo marris suffocationem  
abigit; dosis ℥℔. ad ℥ij. Vid. corp. ph. p. 243. b.

pulvis in Incontinentia urinæ *Michaelis.*

℞. *Vesic. capr. exsic. tun. stom. gall. erinac. comb. sem.*  
*agrim.* ana ℥ij. med. lap. mast. croc. mart. adstr. ana  
℥ij. F. Pulvis.

pulvis in Hydrophobia *Ettmülleri.*

℞. *Rad. contray. gent. pimp. vincetox.* ana ℥j. M. F. Pul-  
vis; Rosis ℥j.

pulvis in Ischuria *Dolei.*

℞. *Cinab. nativ. ℥j. asell. pp. pulv. liquirit. lap. cancr. pp.*  
ana ℥j. F. Pulvis; ℥j. ad is.

pulvis in Hydrophobia *Palmarii.*

℞. *Fol. rut. salv. plant. polyp. verben. abs. menth. artemis.*  
*beton. hyperici cent. min.* ana ℥ij. M. F. Pulvis.

pulvis *Catholicus Franci.*

℞. *Pulv. march. paannon. polychr. Franci cinab. nat. ana*  
*℥℔. unic. ver. lap. bez. occ.* ana ℥ij. fol. auri no. x. M.  
F. Pulvis.

Pulvis contra Arthritidem *Wepfferi.*

℞. *Pulv. cryst. comp. ℥ij. lumb. terr. pp. ℥℔. lap. bez. or.*  
*℥℔. sacch. alb. ℥ij.* F. Pulvis.

Pulvis Crystalli comp. *Wepfferi.*

℞. *Pulv. nuc. m. p. 24. h. in succo citri & acetos. macer.*  
*℥i. rad. ari pp. ℥j. ℥ij. facul. ari, bryon. ana ℥v. cryst.*  
*mont. ter vel 4. ignit. & in aq. beton. extinct. dein*  
pulv.



PULVIS.

771

pulv. succin. alb. pp. man. chr. perl. ana ℥ij. F. Pulvis.

Pulvis Lethargicus Dolei.

℞. Castor. ℥ij. sem. sinap. nast. hort. ana ℥iſſ. ciner. hirund. succin. pp. ana ℥j. ambr. gryf. ℥ß. fol. auri no. iij. F. Pulvis.

Pulvis in Mictu cruento Horstii.

℞. Rad. liquirit. raf. ℥ij. gland. ℥iſſ. sem. 4. fr. maj. ana ℥j. portul. lact. ana ℥ij. fl. ros. rub. Mj. succ. alb. pp. ℥ß. cc. ust. pp. ℥j. sacch. cand. ℥j. F. Pulvis; doſi s℥j.

Pulvis in mensibus nimis Timæi.

℞. Rad. urtic. mort. cort. rad. mori acinar. granat. ana ℥ij. lap. ham. ℥iſſ. laud. op. ℥j. F. P.

Pulvis ad Menses Dolei.

℞. Limat. chalyb. ℥iij. nuc. m. no. x. cinam. caryoph. ana ℥ij. sacch. ad pond. omn. F. P.

Pulvis ad Menses Timæi.

℞. Apic. flav. lil. alb. flor. cheiri calend. croc. or. ana ℥j. troch. de myrrh. ℥ij. succin. alb. pp. Div. cast. sabin. sac. bryon. ana ℥j. ol. succin. gutt. xv. F. Pulvis.

Pulvis Mantuanus Brandenb.

℞. Rad. anthora contray. scorzon. cc. pp. cor. rub. pp. ung. alc. pp. anis. ver. ana ℥ij. lap. bez. occ. or. terr. sigill. Lemn. ana ℥j. sem. acetos. napi, smaragd. pp. ana ℥j. visc. querni ℥j. sacch. alb. ℥x. M. F. Pulvis.

Pulvis Mulierum Brandenb.

℞. Bacc. lauri cinam. acuti galang. nuc. m. ana ℥iſſ. croc. or. ℥j. caryoph. macis ana ℥vj. zed. ℥ß. zing. sem. carvi pastinaca ana ℥iij. M. F. Pulvis.

Pulvis ad generandum Lac Zuvelfferi.

℞. Carnus Uberis Vacca juvenule ℥vj. Rad. recent. Rapunculorum, Cardui lactei, Barba hirci ana ℥j. Ireos  
Ccc z florent.

florent. ꝑ. *Liquiritia* ꝑvj. *Sem. Lactuca, Pœonia* ;  
*excort. ana* ꝑvi. *Lap. lactei preparati* ; (est lapis mol-  
 lis, instar saponis, tactu) ꝑiij. *Corall. alb. præp. Ocu-  
 lor. cancr. præp. ꝑvi. Magist. solub. Matris Perlar.* ꝑß  
*Caro mammillarum radices etiam recentes* con-  
 scindantur ressellatim, ac cum reliquis pulveribus  
 & præparatis conserta, immittantur alembico  
 vitreo, quibus superaffundantur *Succi Cydoniorum*  
*recenter expressi* ꝑiij. Ac illico in MB. totaliter exsic-  
 centur, (baculo quandoque illa in alembico com-  
 movendo) ut in pulverem subtilem redigi pos-  
 sint, cui pulveri adde *Pulv. Sem. Erucæ, feniculi ana*  
*ꝑvi. Cardam. min. Macis, an.* ꝑß. *Fip. longi* ꝑi. Mi-  
 sceantur exactè, fiatque pulvis subtilissimus. Hu-  
 jus detur pro dosi ꝑi. vel duæ in iusculo gallina, sæ-  
 pius in die. Vid. corp. ph. p. 244. b.

*Pulvis Nephriticus Morelli.*

ꝑi. *Troch. alkek. c. opio cryst. tart. ana* ꝑß. *lap. cancr. ꝑi.*  
*prunell. ꝑii. sacch. cand. ꝑvj. M. F. Pulvis.*

*Pulvis Nephriticus Marggravii.*

ꝑi. *Lign. neph. rad. glyc. nucl. persic. ana* ꝑi. *sem. mil.*  
*sol. saxifrag. apii, cari, dauci, genist. fen. lapp. maj. levist.*  
*petros. sil. mont. urt. rad. asari zing. ana* ꝑij. *spic. Ind.*  
*lign. sassaf. scheen. succin. lap. cancr. ana* ꝑiß. *sal. prun.*  
*tart. vitr. ana* ꝑiijß. *M. F. Pulvis.*

*Pulvis Nephriticus le More.*

ꝑi. *Rad. saxifrag. ꝑß. lap. cancr. ꝑi. crem. tart. lap. prun.*  
*ana* ðß. *ol. caryoph. gutt. j. F. Pulv. dos. ꝑß.*

*Pulvis Nephriticus de Spina.*

ꝑi. *Sal. nitri* ꝑii. *spir. vitr. ꝑiii. solv. & f. cryst. hujus*  
*cryst. & arcan. tart. ana* ꝑiii. *sal. abs. succin. ana* ꝑii.  
*stip. fab. spir. cereb. jun. ana* ꝑi. *alkek. pp. mag. lap.*  
*cancr.*

cancr. off. mespil. cort. dur. nucl. persic. ana ℥℔. ol. succin.  
sulph. ana ℔℔. sacch. alth. ℥i. canar. ℥ii. F. P.

**Pulvis Nephriticus Rosfincti.**

℞. Lap. cancr. pp. sang. hirc. pp. ana ℥℔. lap. jud. nephr.  
ana ℥i. mandib. luc. p. sem. mil. sol. ana ℥ii. cryst. tart.  
℥℔. sal. ℥i. M. F. P.

**Pulvis Nephriticus Dolei.**

℞. Sang. hirc. lepor. lap. lycnis pp. jud. pp. nucl. mesp. ana  
℥i. or. strut. pp. lap. nephr. arill. cynosb. sal. genist. fabar.  
urina. succin. alb. pp. ana ℔℔. asell. pp. cinam. ana ℥i. F. P.

**Pulvis Nephriticus Timai.**

℞. Mag. lap. cancr. ℥i. succin. alb. pp. sang. hirci pp. ana  
℥℔. sal. succin. ℥rv. M. F. Pulvis.

**Pulvis Polychrestus Franci.**

℞. Quic. foss. ℥℔. ant. diaph. ℥ii. succ. alb. pp. ℥i. marg.  
or. pp. lap. bez. or. ana ℥i. cinab. nat. ℥ii. F. Pulvis  
dosis inf. gr. iii. ad ult. ℥i.

**Pulvis in Pollutione nocturna Mich.**

℞. Mag. off. sep. ℥ij. corall. succin. ebor. f. igne ana ℥j. cap.  
mort. tereb. ℥℔. camph. gr. vj. M. F. Pulvis.

**Pulvis Phreniticus Dolei.**

℞. Specif. cephal. Mich. laud. cydon. Hoffm. ana ℔℔.  
camph. nitri antim. ana ℥℔. lap. cancr. pp. magist. luna  
succini ana ℔℔. fol. auri no. ij. M. F. pulvis

**Pulvis ad Partum de Spina.**

℞. Troch. de myrrh. ℥iiij. eroc. ℥j. mumia cinam. ana ℥℔.  
F. pulvis dosis ℥ij.

**Pulvis ad Palpitat. cordis Dolei.**

℞. Ebor. pp. ℥ij. corall. pp. cc. pp. ana ℥j. marg. pp. ℥j. lap.  
smaragd. ℔℔. F. pulvis; dosis ℥j.

**Pulvis Pectoralis Timai.**

℞. Laſt. sulph. ℥j. spec. diatrag. fr. ℥vj. diatr. ros. ℥iiij.  
fung.

fung. salic. ʒij. succ. liquirit. ʒʒ. sacch. penid. ʒiv. ot.  
fen. gutt. xv. M. F. Pulvis.

Pulvis Pectoralis Michaelis.

ʒ. Rad. ari pp. ʒiv. irid. flor. ʒij. mag. benz. fl. sulph. ana  
ʒj. antihect. Pot. ʒij. sacch. ʒiiij. M. F. Pulvis.

Pulvis ad partum Helidei de Paduanis

P. A. V.

ʒ. Cinnam. Croci an. ʒj. Boracis ʒiv. Detur ex aqua  
Artemisia.

Pulvis Partum provocans P. A. R.

ʒ. Cinnam. ʒj. Croci ʒʒ. Cassia lignea vera ʒij. Succini  
alb. prep. ʒj. Fiat pulvis. Ad partus labores facili-  
tandos utiliter exhibetur, eisdem namque accele-  
rat, & scerus exclusionem promovet. Datur ex aqua  
liliorum alborum, consolidate Regalis aut alterius consi-  
milis. Vid. corp. ph. p. 245. b.

Pulvis ad Partum facilitandum sive Dysto-  
kiam P. A. R.

ʒ. Cinam. prep. ʒj. Succini albi ppt. Boracis, restic. equi  
à ʒj. Croci ʒviiij. M. F. Pulvis. Pulverem hunc ad  
partum facilitandum & secundinas expellendas  
experientia & multiplex usus commendant. Vid.  
corp. ph. p. 245. b.

Pulvis partum provocans Zuverlässeri.

ʒ. Pulv. Glac. Mariae fixae, quae est species Talci ʒʒ.  
Cassia lignea vera, Boracis Veneta ana ʒij. Croci Au-  
striaci, pila caprae sylv. Macis à ʒj. Ol. Cinam. gutt.  
xij. Fiat Pulvis. Item jecur & fel anguillae siccata  
& pulverisata expertum remedium est, nec fallit,  
nisi pinguedo quaedam vel frustum carnis aut Mo-  
la (experientia teste) impedimento exiture foetus  
fuerit.

Cæte-

Cæterum pulvis hic ad partum facilitandum ut & fecundum mortuum excludendum salubriter exhibetur; nec non potenter secundinas pellit, à ℥ss. ad ℥j. & ℥iſs. Vid. corp. ph. p. 245. b.

## Pulvis Pleuriticus P. A. R.

℞. Mandib. Lucii præp. Dentis apri uſti præp. a. ℥ij. Lap. Percar. Talor. lep. Oculor. cancer. præp. Lucii piſcis præp. Sem. Caril. bened. Artemiſia rubra ana ℥j. Miſce fiat pulvis.

Contra omnes laterum puncturas in pleuritiide tam ſpuria, quàm exquiſita, etiam in Epidemica illa quæ doloris vehementiã multi jugulantur, ad dolores mitigandos, inflammationes reſolvendas, ſudoresque eliciendos ſingulare eſt remedium. Vid. corp. ph. p. 253. b.

## Pulvis Pectoralis balsamicus Th. Hoffm.

℞. Balf. ſulph. cum ol. deſt. jun. ℥iij. ſpec. diatrag. frig. ℥ij. flor. ſulph. cum myrrha & aloe ſublim. ℥j. ol. anis. deſt. ℥ſs. ſacch. cand. ℥ſj. M. F. P. Vid. corp. ph. p. 248. b.

## Pulvis Pleuriticus Timet.

℞. Raſur. dent. apri ℥ſs. mand. luc. p. lap. cancer. pp. tal. lep. pp. lap. perc. pp. cc. ſine igne ana ℥ii. M. F. Pulvis.

## Pulvis Pleuriticus Vedelii.

℞. Ant. diaph. lap. cancer. cinab. nat. raſur. dent. apri pp. ana ℥j. laud. op. gr. i. F. pulvis.

## Pulvis Pleuriticus de Spina.

℞. Mandib. luc. p. ant. diaph. lap. cancer. pp. ana ℥j. percar. carp. oſſ. de corde c. ana ℥ſs. cc. phil. pp. dent. apri tal. lep. cor. rub. pp. ana ℥ij. ſperm. ceti ſal. prun. unic. ſeſſ. ana ℥j. ſacch. cand. viol. ℥j. alth. ℥ſs. F. P.

Cec 4

Pul-

## Pulvis Pleuriticus ex Thes. Hoffm.

℞. Rasur. dent. apri ℥℥. rad. bardan. sem. card. maris  
lign. visc. q. ana ℥ij. st. pap. rb. ℥℥. rhur. ℥i. lap. cancr.  
pp. ℥℥. lap. perc. ℥ij. croc. or. ℥℥. sal. cardb. ℥i. F. P.  
℥i. Vid. corp. ph. p. 254. b.

## Pulvis Pthitificus ex Th. Hoffm.

℞. Rad. ir. stor. scorz. ana ℥j. sem. 4. fr. major. excort.  
pap. alb. ana ℥℥. portul. malv. alth. citri. cydon. ana ℥j.  
amyli gummi arab. trag. ana ℥ij. terr. sig. no. ij. bol.  
arm. succ. hypoc. ana ℥j. pulm. vulp. pp. ℥℥. sacch. alb.  
℥iii. cand. ℥i. ol. anis. ℥i. spec. diarrh. abb. ℥i. M. F.  
Pulvis. Vid. corp. ph. p. 249. b.

## Pulvis Parturientium Brandenb.

℞. Cass. lign. cinam. ana ℥ij. borrac. Ven. succ. alb. pp. ana  
℥℥. croc. or. ℥℥. ol. cinam. gutt. iii. M. F. Pulvis.

## Pulvis Pleuriticus Zwelfferi.

℞. Sanguinis hirci juxta mod. nost. parati ℥i. Rasura den-  
tium Apri ℥℥. Oculor. S. prep. ℥ii. Rad. papav. errat.  
℥℥. Croci Austriaci vel Orient. ℥i. Fiat omnium  
pulvis.

Confert omnibus laterum puncturis atque doloribus,  
adeoque Pleuritidi tam veræ & legitimæ, quam spu-  
ritiæ & nothæ medetur. Vid. corp. ph. p. 253. b.

## Pulvis Pleuriticus secretissimus Minsichti.

℞. Fl. Sulphuris comp. ℥℥. Ras. dentis Verris aprugni,  
Mend. Lucior. an. ℥ij. Fl. Papav. rhead. ℥j. Milce &  
fiat pulvis subtilissimus, qui ului reponendus. Vid.  
corp. ph. p. 253. b.

## Pulvis antipthitificus catarrhalis Zwelfferi.

℞. Sulfuris vivi translucidi & splendidi, vel, si hoc de-  
bit, storum Sulfuris ℥i. Sacchari Saturni resolvable ex  
Minio vel iplo plumbo facti ℥vj. Croci Austriaci ℥ij.  
Rad.

*Rad. Ireos florent. Liquiritia, fungorum Arbori salich  
adnascensium, ana ℥vi. Thuris in granis, Gummi aniz  
me, ana ℥℞. Sacchari Canarij albi ℥ii. F. l. a. pulvis  
quidam subtilis.*

In decocto quodam pectorali, vel in ovo forbili  
manē & vesperi à ℥℞. ad ℥i. propinandus. Vid. corp.  
ph. p. 253. b.

**Pulvis Polychrestus Imperialis Manschei.**

*℞. Sacchari candi alb. ℥vi. Croci Martis cum aceto Ta  
marinaor. præp. ℥℞. Sem. Fœniculi, Raf. Eboris, Tali  
leporin. Oc. Luciorum, Cardam. min. Zingib. alb. Nuc.  
Mosch. Rad. Glycyrrhiz. ana ℥i. Cinam. acut. Cubeb.  
Cassia lignea, Spica Nardi, Rad. & Sem. Pœonia, Visci  
quercin. Acidi Tartari, an. ℥℞. Mag. Lap. Carpio  
num, Oc. canc. Lap. Perc. pisc. Croci Orient. Sem. Pe  
troselini, Apii, Castorei veri, Caryophyll. Myrrha rub.  
Lig. Aloes, Herb. Hyss. Ol. Anisi, ana ℥ii. Mag. Perl.  
Or. Corall. rubr. Macis elect. ana ℥i. Fol. auri ung.  
num, xxxxiij. Milt. & fiat omnium pulvis subti  
lissimus.*

Ex stomacho & intestinis flatus, ventositates omnes  
que peccantes humores expellit, illamque confortat.  
Vid. corp. ph. p. 256. b.

**Pulvis Rubeus Pannonicus P. A. R.**

*℞. Boli Arm. cum aqua Rosar. & Acetosa præp. ℥iiii. Ter  
ra Lemina vera præparata ℥ii. Coralliorum rubror.  
præp. ℥℞. alborum præp. ℥vi. Lap. pretios. scil. Sma  
ragdi, Rubini, Sapphiri, Hyacinthi, an. præp. ℥iv.  
Margarit. præp. ℥v. Cinam. el. ℥ij. Caryoph. ℥j. Sem.  
Acetosa ℥ij. Corticum Citri, Santali albi, an. ℥℞. rubri  
℥ij. Spodii præp. ℥v. Rasura Eboris ℥iiij. Croci Orient.  
℥j. Cornu cervi Philosophice præp. ℥iv. Foliorum auri  
purissimi num, 50. Fiat omnium pulvis.*

℞ c c s

Ad

Adversus pestilentium febrium noxas, & contagiosorum ac venenatorum morborum invasiones maximè potens est. Vid. corp. ph. p. 205. b.

**Pulvis Pannonicus Phar. Nor.**

℞. *Boli Armen. cum* ∇ *rosarum & acetos. præp.* ℥iij. *Terra Lemnia præp.* ℥ij. *Corall. r. præp.* ℥ß. *albor. præp.* ℥vj. *Lapid. Smarag. Rubini, Sapphyri, Hyacinthi, an. præp.* ℥ß. *Margarit. præp.* ℥v. *Cinamomi el. ℥ij. Caryophyll. ℥j. Rad. Contrajerv. ℥ij. Cortic. Citri, Santali albi, an. ℥iß. rubri ℥ij. Spodii ex Ebore spagy. præp.* ℥j. *Croc. Or. ℥j. Bezoar. Occid. ℥ß. Fol. auri puriss. n. ʒo. M. fiat omnium pulvis.*

Si omittuntur Margaritæ & lapis Bezoar, meretur nomen pulveris Pannonici minus pretiosi. Vid. corp. ph. p. 205. b.

**Pulvis Pectoralis Brandenb.**

℞. *Spec. diatr. simp. diatrax. fr. an. ℥ß. liquirit. pulm. vulp. an. ℥iij. bol. arm. pp. flor. sulph. an. ℥ij. terr. sig. ℥iß. sacch. cand. alb. penid. an. ℥iij. M. F. Pulvis.*

**Pulvis Rubecus Pannonicus P. A. V.**

℞. *Boli Armen. Orient. præp.* ℥ij. *Terra sigill. vera ℥vj. Lapidum pretiosorum, scil. d. Hyacinthi, Sapphyri, Rubini, Smaragdi, ana præp.* ℥j. *Margar. præp.* ℥x. *Spodii præp. Rasura Eboris, an. ℥v. Corallior. rubr. præp.* ℥viii. *alborum præp.* ℥iß. *Rad. Tormentilla, Distammi, an. ℥iv. Cornu Cervi philos. præp.* ℥vj. *Santali albi ℥j. Rad. Doronici ℥vj. Sem. Acetosa ℥ij. Corticum Citri ℥ß. Camphora ℥ij.*

Pulverifentur singula per se & misceantur, addendo foliorum auri num. ʒo & f. pulvis. Vid. corp. ph. p. 206. b.

Pulvis



Pulvis Pleuriticus *Brandenb.*

℞. Rasur. dent. apri sine uestione pp. mandib. luc. p. pp. an.  
 ℥ij. lap. perc. pp. hamat. pp. ocul. cancr. pp. lucii pp. oste-  
 oc. pp. tal. lep. pp. sem. artem. rub. cardb. a. ℥j. F. Pulv.

Pulvis Præcipitans *Brandenb.*

℞. Conch. marin. pp. matr. perl. pp. cc. pp. lap. cancr. pp.  
 an. ℥℞. anc. diaph. ℥j. cinnab. nativa pp. ℥℞. M. F.  
 Pulvis.

Pulvis Puerperarum *Brandenb.*

℞. Pulv. mulier. ℥vj. bacc. lauri sol. meliss. rad. pimp.  
 an. ℥ij. cinam. acut. lap. cancr. pp. succini alt. pp. ana  
 ℥j. F. Pulvis.

Pulvis Refectivus *Minsichii.*

℞. Sacchari cand. in Syr. Violar. concreti ℥ij. Lact. Sulfu-  
 ris ℥℞. Fl.  $\Delta$  comp. Conf. Alkermes an. ℥j. Mag. Per-  
 lar. Orient. Corallor. rub. Saturni, an. ℥j.

Misceantur, & fiat omnium pulvis subtilissimus, qui  
 reficit cor & totam naturam confortat. Vid. corp.  
 ph. p. 251. b.

Pulvis Rubeus *Cæsareus contra pestem*

*M. P. A. V.*

℞. Myrrha electa, Croci, an. ℥j. Ossis de corde cervi  
 ℥ij. Cornu Cervi ℥ij. Dictamni Creæci, Tormentilla,  
 Pimpinella, Gentiana, an. ℥ij. ℥ij. Zedoaria, Zingi-  
 beris, an. ℥ij. Sulfuris vivi, Boli armen. vera, an.  
 ℥ij. Camphora ℥v. Theriaca Androm. Mithrida-  
 tii opt. an. ℥vj. F. omnium pulvis. Vid. corp. ph.  
 p. 206. b.

Pulvis Sabaudicus *P. A. R.*

℞. Cinamomi electi ℥ij. Caryophyllor. ℥ij. Mastich.  
 electa, Myrrha electa, Rad. Tormentilla, an. ℥j. Ze-  
 doaria, Anthora, Contrajerva, Scorzonera, Corallior.  
 rubr.

rubr. *prep.* Margarit. *prep.* Sapphiri *prep.* Rubini *prep.*  
Smaragdi *prep.* Hyacynthi *prep.* Lapidis Bezoard. Ori-  
ent. Unicornu veri, an. ℥ij. Bol. Armena. *prep.* Terra  
sigill. vera, an. ℥i. Corticum Citri ℥ss. Fol. auri n. x.  
Antimonii Diaphoretici ad pondus omnium. Fiat  
omnium pulvis.

Vires ejus sunt Alexipharmaca, unde in febribus ma-  
lignis, expellendis variolis &c. magnoperè laudantur.  
Vid. corp. ph. p. 207. b.

Pulvis Spasmodicus Dolai.

℞. Cinab. n. et. ℥i. mag. luna ℥ss. cran. hum. succin. ana  
℥i ss. ciner. hirund. calp. cor. rub. marg. an. ℥ii. sacch.  
perl. ℥iii. F. Pulv.

Pulvis Satyriacus Plateri.

℞. Sem. eruc. ℥ss. pip. ℥i. Zing. cinam. ana ℥ss. borrag.  
℥i ss. caudar. scinc. ℥ss. cantharid. ablat. alis tenuiorib.  
no. vi. sacch. ℥i. F. P.

Pulvis in Syncope Dolai.

℞. Marg. or. pp. ℥ss. cor. rub. off. de corde c. an. ℥i. lap. s.  
pret. ℥ss. M. F. Pulvis ℥i.

Pulvis in Syncope Michaelis.

℞. Mag. cord. ℥ii. cc. solar. ℥i. off. de corde c. ℥i. M. F.  
Pulvis; dofts ℥i.

Pulvis Stegnoticus VValdschmid.

℞. Farin. vol. ℥ii. bol. arm. ℥i. gypsi, colophon. a. ℥ss. sang.  
drac. ℥ii. alum. ust. vier. alb. an. ℥i. calc. ℥i. pil. lep. ℥ss.  
F. P. in Hæmorrhagia externe usurp.

Pulvis ad Singultum Dolai.

℞. Pulv. Bezoard. ℥i. lap. cancr. pp. cinab. ant. ana ℥i.  
castor. ℥ss. ther. cal. gr. iv. ol. cinam. menth. a. gutt. i.  
F. Pulvis.

Pal-

## Pulvis Stomachalis Michael.

Rad. aron. ℥ii. arc. dupl. ℥i. sal. abs. ℥ss. rad. acor.  
 veri cost. arab. an. ℥ii. cinamom. caryophyllor. an. ℥i.  
 macis pip. long. Zing. cubeb. cardam. gran. parad. Zed.  
 an. ℥i. M. F. Pulvis.

## Pulvis Stomachalis Quercetani.

Rad. aron. pp. ℥i. acori vulg. pimp. pp. an. ℥ss. lap. cancr.  
 calc. ℥ii. sem. nast. ℥i. sacch. ad pond. omn. seu ℥xix.  
 F. Pulvis.

## Pulvis Stomachalis Timæi.

Ol. cinamom. gutt. xv. caryoph. gutt. ix. citri rosar.  
 an. gutt. v. ambr. gr. iii. mosch. gr. i. sacch. cand. ℥iv.  
 M. F. Pulvis.

## Pulvis ad Strumam P. A. R.

Spong comb. pile mar. rost. off. sep. pip. long. nigri zing.  
 cinam. sal. gem. pyrethr. gallar. lap. spong. an. ℥i. M. F.  
 Pulvis, Vid. corp. ph. p. 242. b.

## Pulvis Saxonicus P. A. V.

Rad. Valeriane ℥ss. Vincetoxic. Urtice an. ℥i. Po-  
 lypodi querni, Althea, Angelica sylvestris an. ℥ii. An-  
 gelica sativa recentis ℥i v. Cort. rad. Laureola sive Me-  
 zerei ℥i. Pulvis hic in Saxonia primum usurpari  
 cœptus, pesti ac venenis quoque assumptis, egregie  
 adversatur & deleteriorum vires frangit. Vid. corp.  
 ph. p. 207. b.

## Pulvis sive Species Splenetice Zuvelff.

Gummi Ammoniacy in granis, Myrrha rubra  
 translucida, Rad. Pimpinelle, Enula, Galanga, Ci-  
 namomi acuti, Nuc. Moschatarum an. ℥ii. Sem.  
 Apii, Fœniculi, Nasturtii, Petroselini, urtica an.  
 ℥i. Crem. Tartari, Tartari vitriolati crystallisati.  
 Salis

*Salis essentialis nasturtii ex succo ritè parati, Magist. n. solub. Ocul. cancr. an. ʒiib. F. Species f. pulvis tubrilis. Valent ad Lienis affectiones morbosas: in hypochondriaca igitur affectione diuturna, obstructionibus Hypochondriorum & Mesenterii emolumento sunt, Mensesque mulierum retentos promovent. Dosis ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 241. b.*

*Pulvis Stegnoticus D. D. Caspari Guttmani  
P. A. R.*

*ʒc. Lap. Aetite ʒj. Hamar. prep. Carneoli prep. Corn. Cerviusti prep. Terra sigill. vera an. ʒß. Coralliorum rubrorum resolut. an. ʒij. Omnia in tenuissimum pollinem redacta misceantur. Ad omnes fluxus sanguineos narium & hepatis sistendos inprimis menstruum mulierum purgationem superfluam, Dysenteriam, diarrhœam, alvi & uteri profluvia alba curanda singularis efficacis existit. Vid. corp. ph. p. 236. b.*

*Pulvis stomachicus D. D. Birckmanni.*

*ʒc. Pulv. rad. Ari preparatarum ʒij. Acori vulgaris, Pimpinella, ana ʒj. Oculorum Cancr. ʒß. Cinnamonis ʒiij. Salis Absinthii, Juniperi ana ʒj. Sach. rosati ad pond. omnium. Conficiatur pulvis gustui gratus. Vires: Exhibetur non tantum ad ventriculum corroborandum, cui proprie convenit, sed etiam ad capitis affectus, hemicraniam, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam: ad calculum ac febrem quartanam: habet enim facultatem deoppilandi, Tartarum resolvendi &c. Dosis est ʒß. ad ʒij. Vid. corp. ph. p. 255. b.*

Pulvis

Pulvis Stomachicus nobilis *Minsichti*.

℞. Cremoris Tartari albiss. & Spir. Vurioli aliquoties  
irrorati & iterum exsiccati ℥ij. Corn. Cervi pagyricè  
calc. ℥ß. Sal. lap. percar. pisc. Oculor. Cancr. an. ℥ij.  
Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. an. ʒj. Ol. Caryo-  
phyllorum, Cinamomi ana ʒß. Sacchari candi alb.  
Misceantur & fiat omnium pulvis subtilissimus.  
Vid. corp. ph. p. 257. b.

## Pulvis Stomachalis P. A. V.

℞. Radic. Calami aromatici, Galange, Pimpinella, Liqui-  
ritia, Zingiberis, Piperis longi, Caryophyll. an. ʒß. Ra-  
dic. Doronici veri ℥j. Nuc. Moschatarum, Carda-  
mom. min. ana ʒvj. Macis ʒij. Sem. Anisi, Carvi,  
Sem. Fœniculi, an. ʒß. Cortic. Arantiorum, Citri,  
ana extim. & recent. siccant, ʒij. Ol. Cinamomi still.  
ʒß. Sacchari Canarij albi, ad pondus omnium. M.  
f. pulvis.

Præstans ad varia Stomachi & Cerebri vitia emen-  
danda, Vomitum, Nauseam, Cardialgiam & conco-  
ctionem læsam, ventriculo item refrigerato cum emol-  
limento exhibetur. Vid. corp. ph. p. 256. b.

Pulvis ad Tormina puerorum *Dolci*.

℞. Lap. cancr. pp. ʒß. cc. sine igne ʒi. cor. rub. pp. ʒß.  
myrrh. gr. vi. ther. gr. iv. ol. anis. g. vi. F. Pulvis.

Pulvis ad tussim infantum *Minsichti*.

℞. Sacchari penidiij ʒiij. Spec. Diatragacant. frig. Diari-  
reos simpl. an. ʒß. Rad. Pœonia ʒii. Succ. Glycyrrhiz.  
extim. ʒj. Lact. Sulphuris, Croci Orient. ana ʒi. Craniij  
humani l. igne calc. Sem. papaveris albi an. ʒi. Milce,  
& fiat omnium pulvis subtilissimus. Vid. corp. ph. p.  
254. b.

Pulvis

## Pulvis Viperarum Alexipharmacus

Zvvelff.

- ℞. Pulv. viperini simpliciter parati ℥iij. Pulv. florum Sul-  
furis ℥j. Myrrha opt. ℥vj. Ol. stillat. Angelica, Ruta,  
Nucus Moschat. expr. ℥j. Misce, fiat pulvis subtilissi-  
mus, cujus dosis à ℥i. ad ℥β. vel etiam urgente ne-  
cessitate ad ℥i. in aqua aliqua Alexipharmaca. Vid.  
corp.ph.p. 209. b.

## Pulvis Viperinus Alexipharmacus alter

Zvvelfferi.

- ℞. Pulveris viperini simpl. ℥iij. Sacchari albiss. citrati ℥iij.  
Ol. stillat. rutæ & Angelica, Citri cort. rec. ana ℥i.  
Misce exactè, fiat pulvis subtilissimus. Vid. corp.  
ph.p. 209. b.

## Pulvis viperarum confortans Zvvelff.

- ℞. Ambra grysea ℥i. cum ℥i. vel ℥β. Sem. Citri excort.  
subacti; Dissolvatur in mortario vitreo cum Ol. stillat.  
Cinamomi, Macis, an. ℥β. quibus adde pulveris  
viperini, simplici modo parati ℥iv. Sacchari citrati ℥iij.  
Fiat omnium pulvis subtilissimus & præstantissimus  
corroborans, cui, si quis Moscho delectetur, ejusdem  
℥β. addi potest. Dosis ℥i. ad ℥iij. in jusculo caponis  
& vino. Vid. corp.ph.p. 210. b.

## Pulvis Variolosus Timæi, pro pauperibus.

- ℞. Sem. aquileg. ℥i. nast. ℥i. cardb. napi an. ℥iv. citræ  
℥i. dictamn. alb. ℥i. terr. sig. ℥i. cc. sine igne ℥i. M. F.  
Pulvis.

## Pulvis Variolosus Timæi pro divitibus.

- ℞. Specier. de hyac. compl. ℥ii. corn. c. sine igne ℥iv. unie.  
ver. off. de corde c. lap. bez. marg. pp. ana ℥i. M. F.  
Pulvis.

Pul-

Pulvis contra vertiginem *Zvvelff.*

℞. *Ambr. gryf.* ℥j. *subig. cum sem. peon. excort.* ℥j. *citri excort.* ℥℔. *mosch.* ℥j. *spir. rosar. particula ad pult. form. contund. redacti adde lign. al.* ℥℔. *rad. doron.* ℥j. *cardam. min. nuc. m. ana* ℥℔. *essent. ros. sacch. n.* ℥iij. *cui instill. ol. cinam.* ℥℔. *caryoph.* ℥℔. *majoran. lign. rhod. ana* ℥j. *F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 213. b.*

Pulvis contra vertiginem *Eitmüllers.*

℞. *Gran. peon. coriand. nuc. m. visc. q. cubeb. galang. ana* ℥ij. *zing. torm. rorism. ana* ℥j. *M. F. Pulvis.*

## PULVERES PURGANTES.

Pulvis Artheticus Paracelsi *ex Schræd.*

℞. *Hermodactyl. Turbeth. opt. Diagryd. Fol. Senn. el. Rafar. cran. vel ossium human. Sacchari, ana. Purgat secure & blandè omnes defluxiones podagricas. Dosis* ℥℔. *℞ij. ex aqua Iva arthetica, fragaria, &c. Vid. corp. ph. p. 268. b.*

Pulvis Catharticus Antimonialis *primus**Zvvelfferi.*

℞. *Scammonii sulfurati & postea cum tinctura rosarum per Spir. vini & Spirit. Sulfuris parati, aliquoties inlucati seu imprægnati, tandemq; Amygdalis dulcibus probè subacti* ℥ij. *Antimonii per trinam decoctionem cum tertia semper parte Nitri parati, & non edulcorati* ℥iij. *Cremoris* ℥i *cum decoct. rad. Mechoaca alb. ultimo soluti & crysfallisati* ℥i℔. *Misce fiat pulvis catarcticus præstans in operationibus. Dosis ejus est* ℥j. *℥℔. ad ℞ij. Vid. corp. ph. p. 269. b.*

Pulvis Catharticus Antimonialis *secundus**Zvvelfferi.*

℞. *Tartari Antimoniati & Vitriolati in Mantissa spagyrica edocti* ℥j. *Magist. Scammonii amygd. probè subacti* ℥℔. *Crem. Tart.* ℥vj. *Milceantur in pulverem:*

D d d

Cujus

Cujus Dosis ℥ss. unus, ad ℥ss. pro saburra humorum vitiosorum etiam per superiora exturbanda. Vid. corp. ph. p. 269. b.

Pulvis Cholagogus simplex, seu Diagrydium  $\Delta$ rratum.

- ℞. Scammonii electissimi ℥ij. aut quantum vis. Crassiusculè tere, & supra chartam bibulam tenuiter ac æqualiter expande, mox superimponere crati, sub quo carbo sit vivus, in quem injice Sulfur, suffumigetur Scammonium, & charta tamdiu teneatur supra fumum, usque dum Scammonium liquefieri, & chartæ adherere incipiat: Cave solium, ne comburatur, ideoque à fumo remove, sicquè calcinatum serva. Vid. corp. ph. p. 269. b.

Pulvis Cholagogus Querc. ex Schræd.

- ℞. Rhabarb. elect. ℥ij. Fl. Violar. ℥ij. Rosar. pallid. Hyperic. ana ʒj. Spec. Diatrion. Santal. Mastiches, Cinnamon. ana ℥ss. Diagryd. ℥j. Sacchar. Violar. ℥ss. M. F. pulvis. Dol. ʒj. Vid. corp. ph. p. 270. b.

Pulvis Comitæ de Warvvich, seu Diagrydium Antimoniatum.

- ℞. Cholagogi simplicis ℥ii. ℥ii. Antimonii preparati i. e. Diaphoretici, ℥ss. Cremoris Tartari crystallini ℥ss. Fiat pulvis.

Pulvis hic sumptus etiam si mole parvus sit, virtute tamen maximus existit, citò, tutò, ut & jucundè operatur. Vid. corp. ph. p. 268. b.

Pulvis Cornachinus.

- ℞. Diagrid. sulph. ℥ss. ant. diaph. gr. viij. crem. tart. ℥j. M. F. Pulvis adscitib. etiam C. Warvvich. Vid. corp. ph. p. 268. b.

Pul.



Pulvis Hypochondriacus laxativus *Brand.*

℞. Rad. liquorit. polyp. q. ana ℥j. rhab. el. ℥ij. sen. Alex.  
 f. s. ℥vi. turb. gumm. ℥℔. tartari tartarifati sem. anis.  
 fen. ana ℥j. cinam. ℥℔. spic. Ind. ℔℔. M. F. Pulvis.

Pulvis Hydragogus D. D. J. M. ex *Th.*

*Hoffm.*

℞. Crystall. Tartari ℔j. Pulv. Epatic. rubr. ℔℔. Magister.  
 Gummi de Peru gr. viij. Sal. genist. gr. vj. Ol. d. Anisi  
 gutt. ij. M. F. pulvis. Dosis à ℥℔. ad ℔ij. vel ℥j. *Vid.*  
*corp. ph. p. 270. b.*

Pulvis Hydragogus *Zwvelfferi.*

℞. Cremoris Tartari ℥j. Mechoaca alba, Gialapp. ana ℥vj.  
 Sem. Ebuli ℥℔. Gummi Gamandra ℥i℔. Nuclei Mo-  
 schat. ℥ij. Fiat omnium pulvis.

Hydropicis ac veteri Ictero fœdatis, opitularur;  
 namque pituitam, bilem & aquosas educit humidi-  
 tates, à ℥℔. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 270. b.*

Pulvis Hydragogus alius *Zwvelff.*

℞. Radic. Asari, Mechoaca alba, Gialappe, Hermoda-  
 tyl. Calami aromatic. ana ℥ij. Herb. Gratiola, Solda-  
 nella ana ℥i℔. Sem. Ebuli ℥℔. Elaterii ℔ij. Diagydiis  
 rosati n. seu Scammon. Rosati n. ℥i℔. Millepedum  
 n. m. preparat. ℥i℔. Gummi Gamandra ℥j. Caryophyl-  
 lorum, Macis ana ℥i℔. Fiat ex omnibus pulvis sub-  
 tilissimus, cujus dosis ℥℔. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p.*  
*270. b.*

Pulvis Laxativus completus *Th. Hoffm.*

℞. Crem. tart. ℥x. pulv. jalap. ℥℔. resin. scam. sac. aron.  
 ana ℥i℔. sp. vitr. coagul. ℥℔. ol. dest. citri gutt. xxi. M.  
 F. pulvis ℔j. ad ij. *Vid. corp. ph. p. 270. b.*

Pulvis Lenitivus tartarifatus *Brandenb.*

℞. Crem. tart. sol. sen. ana ℥i℔. cinam. acuti sem. anis. sat.  
 ana ℔iv. M. F. Pulvis.

Ddd 2

Pul-

Pulvis Melanagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. Fol. Sen. ℥j. Sem. Anis. ſœnic. ana ʒj. Cinamom. ℥ij. Crystall. Tart. ℥vj. Sacchari ℥iſ. M. Dosis est à ʒj. ad ʒij. Vid. corp. ph. p. 270. b.

Pulvis Panchymagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. Chryſtall. Tart. ʒj. Sena el. ʒx. Hermodactyl. Turbith. ana ʒſ. Rhabarbari, Agaric. troch. ana ʒiiij. Scammon. prepar. ʒij. Macis, Cinamomi, Galang. ana ʒiſ. Sacchari violati ad pondus omnium. Dosis ʒi. Vid. corp. ph. p. 271. b.

Pulvis Paſſavanticus *ex Schræd.*

℞. Flor. Borrâg. Violar. ana ʒij. Zinziber. Spic. Nard. ana ʒj. Glycyrrhiz. Sem. Anis. ana ʒii. Diagyrd. ʒiii. Rhabarb. el. ʒvi. Turbith. gumm. ʒi. Sena ʒii. M. F. Pulvis. Purgat omnes humores noxios, maximè bilem. Vid. corp. ph. p. 271. b.

Pulvis Phlegmagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. Spec. diacartham. ʒij. Agaric. Trochifs. ʒſ. Turbith. Hermodactyl. ana ʒj. M. Dosis à ʒj. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 271. b.

Pulvis Phlegmagogus *Sala ex Schr.*

℞. Cryſt. Tart. Hermodactyl. mund. ana ʒj. Turbith. albè ʒvj. Reſina Scammon. ʒii. ʒo Caryophyll. cum Saccharo miſt. ʒſ. M. Purgat ſeros ac phlegmaticos humores ſine moleſtia. Dosis est ʒſ. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 271. b.

Pulvis Diaſenæ *le Mortii.*

℞. Fol. ſen. mund. ʒii. crem. tart. ʒi. caryoph. macis cinam. ana ʒj. galang. ſem. ſen. Diagrid. ana ʒj. M. F. Pulvis doſis à ʒj. ad ʒv.

Pul-

Pulvis Diacenzæ *Fischeri*.

℞. Fol. sen. s. f. rad. mechoac. crem. tart. à ℥β. rhab. ℥iij. zing. cinam. acuti sem. anis. galang. ana ℥ij. F. Pulvis dosis à ℥j. ad ℥iv.

Pulvis Senæ præparatæ *Montagn.*

℞. Foliorum Senæ ℥iβ. Zingiberis, Macis ana ℥iij. Cinamomi, Tartari, ana ℥iβ. Fiat pulvis. Aduſtos humores melancholicumque ſuccum hoc pulvere purgamus. Vid. corp. ph. p. 271. b.

Pulvis Senæ ſolutivus *groſſus Zuvelfſeri*.

℞. Fol. Senæ el. ſine ſtipit. ℥j. conſcindantur ſaltem forcipe craſſiuſculè, quibus addantur Cremoris Tartari ℥iβ. Pulv. rad. Bryonia ℥ii. Maceris groſſo modo conquaſſ. ℥j. Miſceantur, fiat pulvis groſſus. Hic pulvis in ſubſtantia cum juſculo vel panatella aſſumi, aut quotieſcunq; volueris cum vino ſive aqua infundi poteſt, infuſum poſtmodum colatum uſurpati in plurimis infirmitatibus, quibus purgatione, aut ſaltem alvi aperitione opus eſt: Sufficiet autem pro doſi ℥j. in ſubſtantia ſumptus, vel ℥β. pro infuſione verò ℥j. ℥iβ. vel ℥ii. ſi ℥iii. vel iv. vini vel aquæ, additis non nullis guttulis olei ſ. liquoris Tartari, affuderis. Vid. corp. ph. p. 272. b.

Pulvis ſolutivus Magiſtralis *Zuvelfſeri*.

℞. Rhabarb. el. ℥vj. Rad. Mechoaca alba, Gialappa, Aſari, Turbith, ana ℥β. Cremoris Tartari ℥vj. Cinamomi acuti. Macis, ana ℥iβ. Fiat pulvis ſubtilis. Aduſtos & retorridos humores cum ſeroſa earum colluvie expurgat, à ℥β. ad ℥j. exhibitus; Poterit tamen quælibet doſis, ſi volupe fuerit, nonnihil acui, accipiendo v. g. huius pulveris ℥β. Tartari Vitriolati gr. vi. & Magiſteri Gialapp. gr. vij. Vel loco hujus

Ddd 3

hujus: *Mag. Gummi de Peru.* Vid. corp. ph. p. 272. b.

**Pulvis Solutivus de Tribus P. A. V.**

℞. *Foliorum Senæ* ℥vj. *Turbith.* ℥iv. *Rhabarbari* ℥ij. *Glycyrrhizæ.* Sem. *Anisi.* *Fœniculi* ana ℥j. *Spica Indica* ℥℥. Fiat pulvis. Confert hepatis & venarum Metatarcarum obstructionibus, hydropi incipienti, ac ventris inflationibus, crudorum quoque humorum, frigidorum maximè, collectionem è ventriculo & Mesenterio ejicit. Vid. corp. ph. p. 272. b.

**Pulvis solutivus de Tribus Zuvelfferi.**

℞. *Foliorum Senæ* ℥vj. *Turbith.* ℥iv. *Rhabarbari* ℥ij. *Glycyrrhizæ.* Sem. *Anisi.* *Fœniculi.* ana ℥j. *Spica Indica* ℥℥. Fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 272. b.

**Pulvis solutivus de Tribus Zuvelff. alius.**

℞. *Fol. Senæ* el. sine stipit. ℥j. *Rhabarb. opt. Rad. Gialapp.* ana ℥℥. *Maceris* ℥i℥. *Cremoris* ℥i ℥iij. Fiat omnium pulvis.

Purgat pariter pituitam & bilem, succumque Melancholicum, à ℥℥. ad ℥j. Vid. corp. ph. p. 273. b.

**Pulvis solutivus Magistralis Stockstaldi**

*P. A. V.*

℞. *Fol. Senæ Alexand. Diagyrdii.* *Hermodactyl.* *Turbith. electi* ana ℥℥. *Cinnamomi.* *Zingiberis.* ana ℥ii. Sem. *Anisi* ℥j. *Cardamomi.* *Galangæ.* *Mastiches.* ana ℥℥. *Sacchari* ℥iij. Fiat pulvis. Hydropicis ac veteri ictero sedatis opitulatur, pituitam namque & bilem purgat. Vid. corp. ph. p. 271. b.

**Pulvis ad Suppositoria P. A. R.**

℞. *Spec. biera picra* ℥i℥. *Colocinth. pulv.* ℥vj. *Helleb. albi pulv.* ℥j. *Sal. comm.* ℥iij. *Farina frumenti* ℥x. Cum  
ytel-

vicellis ovorum & melle despumato q. l. fiant supposito-  
toria. *Vid. corp. ph. p. 276. b.*

Pulvis ad Suppositoria *Zvvelff.*

℞. Trochisc. Alhand. ℥ij. Aloes Epat. ℥ij. Salis Gemmae  
℥℔. vel ℥vi. Ol. Cera stillat. ℥℔. Misce; fiat pulvis.  
Vel sine Aloe:

℞. Fellis Tauri exsiccati ℥vj. Trochisc. Alhand. ℥iii. Cro-  
ci Metall. ℥ii. Sal. Gemmae ℥j.

Pulvis Diatartari *Rulandi.*

℞. Cryst. tart. ℥i. fol. sen pp. ℥vi. sem. anis. sen. ana ℥i.  
sacch. ros. tab. ℥x. F. Pulvis.

Pulvis alius de Tribus *Zvvelff.*

℞. Rhabarb. el. ℥vj. Mechoaca alba, Turbith. gummosi  
ana ℥℔. Cremoris ℥i ℥ij. Macis ℥℔. Fiat omnium  
pulvis purgans. *Vid. corp. ph. p. 273. b.*

Pulvis Tartari Crystallini *solutivus*

*P. A. R.*

℞. Crystallorum Tartari, Folior. Sena selectissima ana ℥j.  
Cholagogi simplicis ℥ij. Sem. Anisi electi, Cinnamomi  
acuti, Galanga min. ana ℥j. Caryophyllor. ana ℥℔. Fiat  
pulvis. Priore longè valentior: pituitam & bilem,  
succumque melancholicum & adustos humores  
purgat. *Vid. corp. ph. p. 273. b.*

Pulvis solutivus Tartarificatus *Zvvelff.*

℞. Tartari vitriolati crystallizati ℥j. Cremoris Tartari  
℥℔. Magist. Gialappa amygdalis probè subacti ℥iv.  
Pulv. Gialappa rad. ℥℔. Maceris ℥i. Misceantur:  
fiat pulvis omnium subtilis, & fervetur.

Est Catharticum celebre ad omnes ferè humores ex-  
crementitios expellendos, præsertim biliosos aut  
aquosos, à quorum copia hypochondria & univer-  
sum nonnunquam corpus gravatum est: viscerum  
obstru-

obstructiones pariter solvit. Vid. corp. ph. p. 273. b.

Pulvis contra Vermes *Timet*.

℞. Sem. sant. ꝑ. fol. card. fl. tanacet. rad. filic. ana ꝑ. vitr. calcin. ℥ij. F. P.

Pulvis contra Vermes *le Mortii*.

℞. Sem. zed. ꝑ. ij. comar. abs. fl. tanac. fol. abrot. ana ꝑ. corallin. cc. phil. pp. ana ꝑ. fol. sen. ꝑ. merc. dulc. ℥j. vitr. mart. ℥ij. M. F. Pulvis.

Pulvis ad Vermes seu Lumbricos *P. A. R.*

℞. Sem. sancti ꝑ. iv. Folior. Sena ꝑ. Coriandri prap. Cornu Cervi ana ꝑ. Fiat pulvis. Vires ex nomine parent, in enecandis & expellendis lumbricis longo usu comprobata. Vid. corp. ph. p. 274. b.

Pulvis contra Vermes seu Lumbricos

*Zwelfferi.*

℞. Sem. Sancti seu Cyna ꝑ. Corallina, Mechoaca alba ana ꝑ. Mercurii dulcis ritè & dextre parati ꝑ. Magisterii Gialappa, Amygdalis probe subacti ꝑ. Sem. Anisi ꝑ. Sacchari albissimi ꝑ. Fiat ex omnibus Pulvis.

In Vermibus & Lumbricis expellendis tum puerorum, tum adultorum efficac: mediante dosi ℥j. ꝑ. ad ꝑ. in lacte vel mulso exhibendus. Vid. corp. ph. p. 274. b.

Pulvis alius contra Vermes *Zwelff*.

℞. Sem. Cyna ꝑ. Corallina ꝑ. Myrrharubra ꝑ. Mercurii dulcis legitime parati ꝑ. Rasura Cornu Cervi, Turbit. albi, ana ꝑ. Sacchari albi ꝑ. Macis ꝑ. fiat que Pulvis. Dosis ꝑ. ad ꝑ. in Vermibus expellendis. Vid. corp. ph. p. 274. b.

## PULVERES AD EXTERNOS VARIOS AFFECTUS.

## Pulvis adstringens Galeni P. A. V.

℞. Aloes, Manna, Thuris, Cort. pini, Ter. Lem. Boli Armena, Lap. Hamatit. Succ. hypocist. Croci, Galle omphac. an. ℥j. Fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 277. b.

## Pulvis Cathæreticus pro ossibus ex Schr.

℞. Rad. irid. arist. rot. euphorb. an. ℥ss. sabin. sicc. alum. ust. merc. præcip. an. ℥j. ceruss. myrrh. an. ℥ij. ol. caryoph. ℥j. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 277. b.

## Pulvis de Cypero odoriferus ex Schræd.

℞. Rad. Ireos flor. ℥ss. Cyperi rot. Acor. an. ℥ij. Lign. Santal. citr. ℥ss. Rhodii ℥j. Bij. Spec. Diamb. ℥ij. Troch. Gall. Moschat. ℥j. Mosch. ℥ss. Ambr. gr. xij. Fiat Pulvis. Vid. corp. ph. p. 278. b.

## Pulvis Cyprius Moschatus Minsichti.

℞. Styrac. Calamit. ℥v. Rad. Ireos florent. ℥iv. Rosar. rubr. opt. Anthos, an. ℥ij. Benzoini, Cass. Lignea, an. ℥j. Ladani puri, Calami Aromat. Caryoph. Sem. Coriand. an. ℥vj. Lig. Aloes ponderos. Santal. Citrin. Rhodini, an. ℥ss. Cort. Aurant. & Citri, Cyperi rotund. an. ℥iij. Origani Cret. Majorana, an. ℥ij. Fol. Lauri no. iij. Fl. Lavend. Violar. an. ℥ss. Moschi laudat. ℥ss. Ambra gryf. ℥j. Misc. & fiat pulvis vestimentalis, cujus usus jam dictus. Vid. corp. ph. p. 278. b.

## Pulvis Cyprius pretiosus Zwelff.

℞. Musci vel Usnea quercina electa, & ab omnibus impuritatibus lignosis mundata ℥i j. Immittatur sacco, & per horæ quadrantem baculo discutatur, ut ab omni pulvere & tordibus adherentibus penitus liberetur: Hinc ollæ immittatur, sæpius aqua simplici superfusa lavetur, per  
Ddd 5 duos

duos dies, donec aqua limpida & pura, prout affusa fuit, effundatur; sicetur deinde in Sole supra linteum collocata, ut eò magis suo colore, odore & sapore, vi nimirum atratrice Solis privetur. Forro hæc eadem Ufnea suo colore viridi & omni odore jam privata, ac probe siccata, cum floribus Rosarum & Jasmini, vel floribus Aurantium & Citri, ubi illorum est proventus, recentibus & integris sexies vel octies stratificetur, & junctim pondere aliquo in cribro comprimatur, singulis diebus floribus ab ufnea separatis, & recentibus substitutis, donec fragrantissimo imbuatur odore. Post leniter exiccata ufnea in pulverem subtilissimum redacta, denuò (si fortè odorem in leni exsiccatione, quæ tamen nunc in sole fieri non debet, sed alio in loco tepido,) linteo subtili vel sacco largo imposita, infra supraque floribus supradictis recentibus conspergatur, ac pondere aliquo in cribro nonnihil aggravetur. Huic pulveri tandem fragrantissimo pro quavis ℞j. adde Moschi ℞ vel ℥℞. Soluti in Spirit. rosarum fragr. s. q. ad pulviculæ formam, Ambra grysea itidem ℥℞. Soluti in Ol. Stillat. ros. veri ℞j. vel in ol. Jasmini aut Arant. (prout ex Italia affertur) ℥℞. Item, si liber, Pulv. rad. Ireos flor. albiss. ℥i℞. Cyperi rotund. ℥i℞. Fiat pulvis fragrantissimus Regius, qui quando capiti inspergitur, odore suo grato insigniter illud roborat, suâque adstrictione, siccitate atque vi attractiva omnes ejus sordes excutit; & cum nulla viscositate polleat, nec cuti, neque capillis firmiter adhæreat, facile à capite & ejus capillis avelli poterit. Vid. corp. ph. p. 279. b.

Pulvis



## Pulvis Cyprius Violatus Rosatus

Mins.

- ℞. Rad. Ireos florent. ℥i v. Flor. Violar. recenter exsic.  
 ℥j. Rad. Cyperi rotund. ℥ij. Ol. still. rosar. veri ℥i℔.  
 Misce & f. omnium pulvis subtilissimus, qui ta-  
 ctum effugiat. Ex hoc suavissimo & valde dele-  
 ctabili pulvere replentur pulvilli, quibus variè utun-  
 tur in Gynæceis. Per se etiam crinibus, vestibus,  
 pellibus, linteis &c. inspersus, longè latèque jucun-  
 dissimum suum odorem, Cerebrum & omnes Spi-  
 ritus recreando, eructabit. Vid. corp. ph. p. 278. b.

## Pulvis Dentifricus Bontekoe.

- ℞. Lap. prun. pum. cryst. tart. tart. vitr. an. ℥ij. M. F.  
 Pulvis.

## Pulvis Dentifricus Ettm.

- ℞. CC. ust. ℥iij. Pum. ust. pp. ℥i℔. alum. ust. tart. ad al-  
 bed. calcin. an. ℔j. rad. ir. fl. ℔ij. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricus le Mort.

- ℞. Lap. prun. ℥j. crem. tart. ℥ij. alum. ust. ℔ij. lap. pum.  
 ℥iij. sp. nitri gutt. x. ol. cinam. gutt. ij. jasm. lign.  
 rhod. an. gutt. j. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricus Hartmanni.

- ℞. Mand. luc. p. cor. alb. cc. ust. alum. calc. ir. flor. a. ℥℔.  
 sal. gem. ℥i. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricus August.

- ℞. CC. ust. Pumic. cor. rub. alb. tut. pp. mast. sandarac.  
 cinamom. an. ℥j. rad. ir. flor. ℥iv. mosch. gr. vj. M.  
 F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricus Valdschmid.

- ℞. Crem. tart. ℥i℔. rad. ir. flor. ℥℔. alum. ust. ℥℔. ciner.  
 nuc. m. ℥ij. M. F. Pulvis.

Pul-

## Pulvis Dentifricius de Spina.

℞. Lap. pum. alum. ust. rad. ireos mastich. tart. alb. sal. ust. cc. ust. pp. an. ℥j. cor. rub. alb. an. ℥ij. marg. pp. ℥℞. sacch. alb. ℥iiss. mosch. ambr. an. gr. iij. F. P.

## Pulvis Dentifricius Brand.

℞. Corall. rub. pp. ℥j. cc. pp. ℥℞. gum. lac. sel. sarcoe. an. ℥℞. off. sep. pp. ℥iij. ostioc. pp. rad. ir. flor. an. ℥j. ambr. gryf. mosch. an. gr. v. M. F. P.

## Pulvis contra Defluxiones F.F. ex Schræd.

## Stuß-Pulver / Nothlauff-Pulver.

℞. Mastich. alb. succin. infragm. Summ. Sabin. Rut. Oliban. Sem. Cannab. an. ℥ij. Stœchad. citri M. ij. M. f. pulvis grossus. Vid. corp. ph. p. 277. b.

## Pulvis ad dentifricia Moschatus

P. A. R.

℞. Punicis ℥ij. Offis Sepia ℥vj. Corallii rub. præp. ℥j. Rad. Ireos ℥j. Moschi, Zibethi an. ℥℞. Olei Ligni Rhodii, Nucis Moschat. destillate an. guttas 1 v. Caryoph. a. gutt. iij. Misce lege artis.

Mucosos dentes à sordibus purgat, eosque dealbat & mundificat, gingivas quoque strihgit, & dentium radices firmat. Vid. corp. ph. p. 279. b.

## Pulvis Dentifricius ex Schr.

℞. Silic. fluviatil. calcin. ℥iij. lap. Punic. præp. ℥℞. Rad. Ireos st. ℥ij. Ol. stillat. ros. ℥℞. (velex lign. rhod.) Fiat pulvis subtilissimus.

Extergit dentes, eorumque malum foetorem emendat. Vid. corp. ph. p. 280. b.

## Pulvis ad Dentifricia Zuvelff.

℞. Crem. Tartari s. Tartari alb. Veneti ℥ij. Rad. Ireos flor. ℥℞. Alum. ust. Nuc. Moschat. an. ℥ij. Fiat omni-

omnium pulvis non admodum subtilis, cui adde *Mofchi opt.* ℥j. cum *Spir. rosar. vel aq. Arant.* non nihil soluti. Servetur pulvis ad usum. Dentes mucosos & Tartaro veluti obductos à sordibus purgat, & gingivas adstringit, & sic vacillantes firmos reddit. *Vid. corp. ph. p. 280. b.*

**Pulvis pro Epithemate Hepatis P. A. V.**

℞. *Sant. rub. alb. citr. an.* ℥ss. *ros. ℥j. camph. ℥j. M. F. P.* hepatis in flam. confert. adhibetur cum aq. endiv. ros. acetosæ & aceto. *Vid. corp. ph. p. 281. b.*

**Pulvis Errhinus P. A. V.**

℞. *Calaminth. majoran. rad. ireos castor. sem. nigell. staph. agr. an.* ℥j. *hell. alb. pyrethri nuc. m. myrrh. rub. euphorb. an.* ℥ij. m. ex hisce cum *ladani ℥vj.* & melle modico formari poss. nasalialia. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

**Pulvis Erysipelatodes Dolei.**

℞. *Farin. hord. ℥i. fabar. ℥ss. pulv. liquirit. ℥v. cret. myrrh. an. ℥ss. ceruss. gr. viii. camph. gr. vi. M. F. P.* exter-nus in Erysipelate.

**Pulvis Erysipelatodes Vedelii.**

℞. *Myrrh. ℥i. ceruss. ℥ss. farin. secalin. ℥ii. M. F. P.* in Erysipel. externe usurp.

**Pulvis pro Epithemate Cordis P. A. V.**

℞. *Fl. Buglossi, Borriginis, Melissa an. M. ss. Sandal. omnium rosar. rubr. an. ℥ij. Cor. Citri, sem. Acetosa, Ligni Aloes, Caryophyll. an. ℥ss. Doronici, Beemstrinusque, Succini an. ℥iv.* Trita omnia probè usui reserventur. Mira est ejus efficacia in affectibus cordis, ejusque palpitatione, Syncope, & dejectis propemodum vitalibus facultatibus. *Vid. corp. ph. p. 281. b.*

Pulv

Pulvis Grossus ad Sacculos pro Epithemate  
Cordis & Pulsuum Zvvelff.

℞. *Herb. recent. rorism. Majorana, Basilici, Melisse citrata* ℥j. *Flor. recent. Arantiorum, Rosar. pallid. a.* ℥i℔. *Cheiri, Tunice an.* ℥j. *Lavendula* ℥i℔. *Cortic. recent. Arant. Citri an. ext. flav.* ℥i℔. *Croci Austriaci vel Or.* ℥vj. *Cinam. optimi* ℥i℔. *Macis, Nuc. Moschat. an.* ℥j. *Ligni Rhodii, Aloes an.* ℥℔. Omnia ac singula probe commixta, tam herbæ recentes, flores, ac cortices, quam desiccata Aromata & Ligna (quæ tamen prius separatim incidi suaserim) minutim incisa, exsiccentur in umbra cum cautela & charta desuper cooperta: Ex quibus sic paratis speciebus sacculi poterunt formari, formâ ac magnitudine competentem, ac filo serico intertui, qui postmodum Cordis regioni ac pulsibus superligantur, prius tamen aqua Cordiali, quæ ariserit illi humectandi: Idque toties repetendum quoties etiam calor exæstuans os exsiccaverit. Vid. corp. ph. p. 281. b.

Pulvis Erysipelatodes *Minsichti.*

℞. *Farina volat.* ℥vj. *Plumbi usli, Boli rub. an.* ℥ij. *Masticis el. Olibani, Cerussa an.* ℥j. Misce & fiat omnium pulvis subtiliss. Hic pulvis chartæ cæruleæ inspersus & in Erysipelate, sive igne sacro, per se, loco affecto applicatus vix dici potest, quam huic malo sit singulare remedium; præmissis tamen universalibus, nec non venæ sectione præcedente, præsertim in robustioribus. Vid. corp. ph. p. 283. b.

Pulvis Farina Virginea Nobilis *Minsichti.*

℞. *Silicum fluviat. calcin. & pulverisat.* ℥vj. *Lap. pumicis præp.* ℥j. *Rad. Ireos flor.* ℥℔. *Gall. Moschat. vera* ℥j. *Ol. still. rosar.* ℔j. Misce & f. omnium pulvis instat

far farina, quem ad usum repone. Ad dentes in una quasi hora dealbandos, & à Tartaro corrosivo purgandos, medicina nulla excellentior est. Vid. corp. ph. p. 280. b.

Pulvis pro fumo comm. *Brand.*

℞. Mast. myrrh. olib. succin. flav. bacc. jun. an. ℥j. M. F. Pulvis.

Pulvis pro Fumo contra Deflux.

*Brand.*

℞. Bacc. jun. ℥β. flor. anth. ros. rub. summ. sab. an. mβ. gum. benz. ℥ij. mast. olib. an. ℥j. styr. cal. ℥ij. sandaraca succin. flav. an. ℥β. tacam. nuc. m. an. ℥ij. M. F. Pulvis.

Pulvis pro Fumo contra Pestem

*Brand.*

℞. Bacc. jun. gum. benz. ladan. mast. olib. styr. cal. a. ℥j. caryoph. cinamom. sant. citr. an. ℥ij. succin. flav. ℥β. camph. ℥j. fl. sulph. myrrhator. ℥β. F. P.

Pulvis Hæmorrhoidalis *Minschtri.*

℞. Farin. volat. ℥j. Croci Martis ℥β. Boli rub. Or. præp. Rad. Verbasci an. ℥ij. Hermodact. alb. per noctem in Spir. vin. infusi & iterum exsic. flor. Papav. errat. Sacchari cand. alb. Sang. Draconis, Olibani, an. ℥iβ. Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, qui tactum effugiat.

Sanguinem hæmorrhoidalem superflue emanantem citò restringit, vehementemque dolorem mirè sedat. Vid. corp. ph. p. 283. b.

Pulvis Manualis odoratus *Minschtri.*

℞. Magmat. exp. Amygdal. dulc. & amarar. a. ℥iij. Farin. sab. ℥ij. Orizæ alb. Lupinorum an. ℥iβ. Rad. Ircos flor. ℥j. Rosar. alb. exsic. Benzoin. an. ℥vj. Sal. ℥i alib. Cre-

*Creta alb. præp. Spodii præp. Sperm. ceti rec. an. ℥℞. Olig. Rhod. ℥j. Caryoph. Lavend. an. ℥℞. Misc. & fiat omnium pulvis seu mixtura.*

Hic pulvis manus albas ac nitidas, cutimque mollem reddit, si frequenter eò laventur & fricentur. Vid. corp. ph. p. 283. b.

*Pulvis Ophthalmicus Minschei.*

℞. Sacchari cand. alb. Tutia præp. a. ℥ii. Margarit. Sarcocolla, an. ℥℞. Fabar. marin. præp. ℥i. Misc. & fiat pulvis ocularis subtilissimus.

Hic pulvis in multis oculorum affectibus mihi valde secretus est. Vid. corp. ph. p. 284. b.

*Pulvis probatus ad exsiccandum consolidandum & sanandum Variolas Mins.*

℞. Farin. lentium. fabarum, Orobi, an. ℥℞. Lytharg. Cerrussa lota, Tutia præp. Nihil. alb. an. ℥ij. Conch. marin. præp. Rad. Arund. Croci Metall. an. ℥i. Misc. & fiat pulvis subtiliss.

Variolæ, quando maturæ sunt, post septimum diem rumpantur, cum acu aurea seu argentea, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foveas, vel scindantur cum forcipe, ne iterum claudantur; deinde aspergantur prædicto pulvere, qui etiam spargatur in lectum patientis. Vid. corp. ph. p. 284. b.

*Pulvis Sperniolæ Compositus Crollii, ex  
ex Schr.*

℞. Myrrh. el. Thur. masc. an. ℥ii. Croci trit. Camphor. ℥iii. Tere omnia & misce. Pulverem hunc imbibe ∇ stillat. Sperniola, id est, Spermatis ranarum, vigesies vel trigesies, ita tamen, ut semper prius sponte exsiccetur, hinc serva ad usus.

N. Sperniola colligenda est mense Martio, triduum  
cir-

circiter ante novilunium, ( sic non fuerit ) destillandaque in MB. Summum est remedium in hæmorrhagia è naribus, gutture, utero, quia frigiditate suâ coagulat sanguinem. Confert quoque si solvatur cum aceto, & Erysipelati, doloribusve podagricis calidis applicetur. Hæmorrhagiam quoque vulcerum impositione sistit, Paronychiam necat, &c. Dosis gr. xv. v. vj. vij. viij. *Vid. corp. ph. p. 277. b.*

**Pulvis Sternutatorius P. A. R.**

℞. *Majorana* ℥iβ. *Betonica*, *Pyrethri*, ana ℥β. *Hellebori utriusque* ana ℥j. *Pulegii* ℥j. *Fiat Pulvis.*

Lentam pituitam ac phlegma crassum, naribus insufflatus, vel iisdem adfrictus provocat: Cerebrum à tenacibus humoribus purgat, & ossis ethmoidis obstructions referat. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

**Pulvis Sternutatorius Pharm. Nor.**

℞. *Herb. Majoran. Rosmarin. Pulegii, Salvia*, an. ℥iβ. *Fol. Nicotian. Rad. Helleb. alb. select. Sem. Nigellæ* an. ℥j. *Moschi* gr. v. M. Pro pulvere. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

**Pulvis Sternutatorius Cephalicus Zvvelff.**

℞. *Radic. Doronici veri, Pyrethri, Hellebori alb.* an. ℥j. *Herb. Majorana, Thymi, Rosmarini, Flor. Liliorum convallium*, ana ℥iβ. *Sem. Anisi, Coriandri, Nigelle, Cardamomi, Macis*, ana ℥β. *Caryophyll. ℥j. Ambra grysea* ℥β. *Moschi Orient. gr. viij. Ol. lig. Rhodiæ* ℥j. *Fiat ex omnibus pulvis subtilis. Vid. corp. ph. p. 285. b.*

**Pulvis Sternutatorius communis Brand.**

℞. *Fol. beton. ℥ij. majoran. nicot. ana* ℥β. *puleg. serpill. ana* ℥β. *rad. hell. alb. nigri ana* ℥j. *pyrethri* ℥β. M. F. *Pulvis.*

Èèè

Pulvis

**Pulvis Sternutatorius cum Moscho & am-  
bra Brandenb.**

℞. *Fol. nicot. virg. ʒj. flor. lil. conv. sicc. ʒij. ambr. gryf. mosch. Alex. ana gr. vj. ol. lign. rhod. gutt. v. F. Pulv.*

**Pulvis Sternutatorius Maetsii.**

℞. *Pulv. caul. tab. ʒj. sem. nigell. rad. bell. alb. ana ʒj. fol. majoran. rorism. salv. ana ʒß. ol. lavend. gutt. v. mosch. ʒß. F. P.*

**Pulvis Sternutatorius michaelis.**

℞. *Herb. majoran. Pij. Fl. lil. conv. Pij. sem. nigell. ʒiß. castor. gt. vj. ol. anif. succ. in ana gutt. ij. M. F. Pulv.*

**Pulvis Sternutatorius Dolai.**

℞. *Tab. virg. major. lil. conv. ana ʒj. cast. ʒß. sal. vol. urin. bell. alb. ana gr. iv. F. P.*

**Pulvis Sternutatorius Hartmanni.**

℞. *Rad. bell. alb. ʒj. castor. euphorb. ana ʒß. M. F. P.*

**Pulvis Sternutatorius de Spina.**

℞. *Herb. rorism. majoran. salv. ana ʒii. flor. lil. conv. stach. arab. tabac. ana ʒß. M. F. Pulvis.*

**Pulvis Sternutatorius Ettmülleri.**

℞. *Fl. lil. conv. ʒß. nicot. ʒj. rad. ell. alb. ʒj. ol. major. gutt. vj. M. F. Pulvis.*

**Pulvis Sympatheticus.**

℞. *Vitrioli ♀ Romani vel Cyp. q. v. dissolve in ∇ f. filtra per chartam bibulam, evapora super lento igne & coagula, contunde grosso modo, & ferventioribus Ois radiis expone per 14. ♂ usque dum accuratissimè fuerit calcinatum. N. 1. Cum aër serenus est, Soli est exponendum, ut ubi pluviosus & humidus, in locum siccum est transferendum. N. 2. Ne Marte attingatur, tam quando fit, quam cum factus est pulvis. N. 3. Hic labor instituendus est*



est die 25. Julii, Sole Draconem ingrediente; & præstat 4. vel 5.  $\sigma$  ab ingressu expectare, ut certiores simus de ipsius confirmatione in propria domo. N. 4. Hic Pulvis usui asservandus est in loco sicco, ne excrementitiâ humiditate recuperatâ formam pristinam assequatur, unde non levis sequeretur ipsius virtutis diminutio.

Confert Vulneribus recentibus, è quibus cruor adhuc emanat, immèrgitur linteum mundum, huic inspergitur pulvis, & alio panno involutum in loco temperato sive vicino seu remoto asservatur. Sin autem vulnus jam inveteraverit, & degenerârit in ulcus, eodem modo materia ex affecta manans, sive pus sive sanies fuerit linteo committenda, pulvere aspergenda & sedulo asservanda. Tum vulnus vino tepido prius ablutum panno mundo obtegendum est alternis diebus vel sæpius prout manantis sorditiei copia requirit. Sordidi autem panni simul in loco temperato coasservandi sunt.

Et observandum 1. si vulnus exterius fuerit, sufficere, ut cruor in pannum effluat; sin etiam interiores affecerit partes ipsis penitus immittendus est pannus, ut læsam pariter attingat partem. Vid. corp. ph. p. 287. b.

Pulvis in Relaxatione uvulæ Regii &

Riverii.

℞. Ros. rub. balauft. rad. bist. torm. gallar. immat. irid.  
flor. ana ʒj. alum. ust. ʒij. F. Pulvis.

Pulvis de Verbasco *Mainschri.*

℞. Herb. Verbasci viridis q. v. infer crucibulo quantum capit, ad summum usque infarciendo, deinde alio contege crucibulo, luro bene munito, igni im-

pone,

pone, ut nigrescat, postea verò in cineres abeat; cumque videbitur satis esse, crucibulum fac refrigerescere, atram illam materiam exime, & in subtilem pulverem redige; Postea,

℞. *Hujus pulv. nig.* ℥j. *Rabarbari el.* ℥ij. Misc. & fiat pulvis subtiliss. Certum hic pulvis est experimentum contra condylomata & hæmorrhoidas cæcas. Vid. corp. ph. p. 284. b.

Pulvis Violarum Odoratus P. A. R.

℞. *Ireos florent.* ℥vj. *Rosar. rubr.* ℥iv. *Cyperis* ℥ß. *Majovana,* *Caryophyll.* *Styracis an.* ℥j. *Benzoi,* *Sandali Citrini an.* ℥ß. *Violar.* ℥iij. *Moschi* ℥j. fiat pulvis. Pulvis hic tamen si ad odora menta potissimum expetatur, caput tamen extrinsecus eximè roborat, nec non cordis palpitationi medetur. Vid. corp. ph. p. 278. b.

R.

Regulus Antimonii per se, sine additione  
Zyvelfferi.

℞. *Antimonii Hungarici*, particulatim saltem contusi ℥vj. quæ crucibulo immissa, supra pulvere carbonum, ad quatuor vel quinque digitorum crassitiem, tegatur, & igne fulorio forti, ad dimidiam horam, vel ultra, tradatur. Postea remota ab igne frigeant omnia, & fracto crucibulo, in medio scoriarum Regulus comparebit, qui à scoris est separandus. Scoriarum verò relictarum, & eodem modo, quo supra, crucibulo novo subjectarum, tectarumque carbonum pulvere ad horæ quadrantem igne forti sunt fundendæ. Quibus iterum frige factis, Regulus, qui apparebit, separandus. Scoriarum porò tertiâ ac quartâ vice, eademque viâ, quâ supra, pulvere

car-